

# G A L E N I

## Sexta Clafsis

EAM CHIRVRGIAE PARTEM  
amplectitur, quæ ad cucurbitulas, scarificationes,  
hirudines, deriuationem, reuulsionem, ac  
phlebotomiam spectat.

HÆC CLASSIS, TERTIA HAC EDITIONE,  
aliquanto ornatiior exit, aliquot locis antiquorum gravorum  
exemplarum ope emendatis.


Librorum index proximo folio continetur.

ἔργανα εἰς τὴν κλινικὴν.



Cum summi Pont. Senatusq; Veneti decretis.  
VENETIIS APVD IVNTAS. M D LVI.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31



## Quæ in Sexta Classe habentur.

**GALENI** De hirudinibus, reuulsione, cucurbitula, cutis concisione sive scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete. 2

**ORIBASII** De cucurbitulis, scarificatione, hirudinibus, deriuatione, & reuulsione sermo in septimo & octauo Medicinalium collectionū ad Iulianum Imperatorem libro. Augustino Gadaldino Mutinensi interprete. 3


Hæc, quæ Oribasius ex Galeno & alijs præstantissimis medicis tractat, impresimus, in primis quidem vt pleniorē de his rebus doctrinam habeas: postea vero vt cognoscas, an omnia hæc, quæ Galeno ascribuntur, re vera ipsius sint.

De venæ sectione aduersus Erasistratum liber, Josepho Tectandro Cracouensi interprete. 5

De venæ sectione aduersus Erasistratæos, qui Romæ degebant, eodē Josepho Tectandro interprete. 9

De curandi ratione per sanguinis missionem liber, Theodorico Gaudano interprete, diligentius ab Augustino Gadaldino cum emendatis cod. græcis collati, & aliquot in locis emendati. 15

*Si us finem continentur apionis nivis nunc remota  
et alijs dico. gl. 135.*



## GALENI DE HIRUDINIBVS, REVVLSIONE, CVCVRBITVLA, CVTIS CONCISIONE, SIVE SCARIFICATIONE.

Ferdinando Balamio Siculo interprete.

Studiose Lector, post hæc quatuor capita, Oribasium de his rebus ex Galeno & ex alijs præstantissimis medicis fusius tractantem impresimus: tuæ profecto vtilitati consulentes, tum nimirum vt cognoscas an hæc omnia re vera sint Galeni, tum magis, vt pleniorē de hac re cognitionem habeas.

*Di Hirudinibus.*

CAP. 1.



Onnulli captas hirudines includunt, easq; ad multiplicem usum accommodant. Vbi enim mitescunt, carni facile admouentur. Quæ vero modo captae fuerint, per diem adseruandæ, exiguoque sanguine alendæ sunt, atq; ita sit, vt quicquid virulentum in se continent, exprimatur. Quando autem ijs vt opus est, ea pars, cui hirudines admouenda sunt, nitro prius fricanda, inungendaq; vnguisbus ue ipsi scalpenda est, hoc enim pacto auditus adhaerescunt. Oportet etiam eas ipfas in tepidam aquam, quæ vase lato & mundo contineatur, infundere, mox spongia comprehensas mucore & sordibus manu purgare, atq; ita admouere. Vbi vero admota fuerint, ne ea pars, cui inhærent, frigescat, oleum tepidum superinfundes. Si autem manibus aut pedibus affigendæ sunt, in aquam, in quam hirudines iniectæ sint, manus aut pedes immergantur. Si vero non firmiter haerent, earum caudæ forcipe incidendæ sunt. Namq; ita, vbi sanguis effluxerit, ab attrahendo non desistunt, donec cinere aut sale os earum aspergatur. Postquam autem exciderint, quod relinqui ab eis venenosum solet, cucurbitula exhaustendum est, vel si id minimè fiet, fotu per spongiā adhibito vtendum est. Quod si inde cruentæ lachrymulae adhuc effluxerint, farinam, cynamumq; admoueto, lanamq; subinde modico madentem oleo alligato. Ceterum si manare sanguis non definat, linteolum acetō madefactum, gallam'ue combustam, vel spōgiā in liquideam anteā pīcem immisam, mox crematam imponito. Illud quoque compertum habere oportet, hirudines ipfas sanguinem illum attrahere, qui carni adiunctus est, non qui in imo corpore continetur. Earum vero usus pro cucurbitulis esse solet. Præterea remouendæ tunc sunt, cum dimidiā sanguinis partem extraxerint. Quin etiam prohibendum, nec permittendum est, vt sanguis eouiq; effluat, quousq; sit satis. Siquidem pars ipsa frigescit, tum ob ipsas hirudines, quæ natura frigidæ sunt, tum etiam ob aerem ambientem.

*De Reuulsione.*

CAP. 2.

**V**ehementes humorum fluxiones reuulsione cohibendæ sunt, ne nimium confertæ aliquin prorumpant. Sunt autem remedia, quæ per reuulsionem adhibetur, eiusmodi. In petus videlicet, aut ventrem, siquid defluxerit, ad manus retrahendum est, vomitus vero ad partes inferiores, veluti quæ ex acribus clysteribus fluxiones proueniunt, vomitus contra praesidio auertuntur. His vero ambabus fluxionibus, cum superior atq; vna inferior venter vrgetur, eas ad vrinam sudoremq; reuocabimus: vrinæ autem fluxum ad sudorem aluiq; defectiones. Est quoq; auxilium quod ex diuerfis contrarijsq; partibus reuelliit cucurbitula, si māmis proxima apponatur. Item adiumento est, si vbi nimium sanguinis fluit è naribus, aut per loca muliebria Sexta Clasfis. aaaaaa ij immodi

## Gal. de Cucurbit. & Scarif.

immodici effluxus labuntur, præcordijs (hypochondria Græci dícunt) affiguntur: acræ quoque medicamenta sibi admota, eas fluxiones retrahunt, quibus caput aut viscera vexantur. Atq; vt summa rem complectar, ita reuulsio efficitur. In humoribus videlicet partes superiores petentibus ad inferiores: & contra, si inferiores petant partes, ad superiores: & contra, ad dexteram si militer partem aut laevam, item in anterius aut posterius siquid defluxerit, ad oppolitas partes reuulsio facienda est.

*De Cucurbitula.*

CAP. 3.

**C**ucurbitulae purgatis prius corporibus utiles quidem, sed in repletis (quaæ plethorica Græci vocant) prætermittendæ sunt. Idemq; initio phlegmones si vel cerebrum ea, vel cerebri membranulas, vel alias corporis partes occupauerit, seruandum est, eisq; abstinentum: sed cum nihil amplius adfluxerit, totumq; exinanierimus corpus, & vsus rei inflammantis vel mouendæ vel amoliendæ, vel extorsum abstrahendæ tulerit, illas adhibebimus. In his quoq; affectionibus dum gignuntur, non quidem membris ipsis quaæ coeperint laborare, sed eis quaæ laborantibus coniuncta fuerint, reuulsionis gratia cucurbitulae sunt imponendæ. Initio vero quaæ repercutien di vim habeat, sunt adhibenda. Cucurbitula exhaurire materiam, dolores soluere, phlegmonem F minuere, inflationes discutere, appetentiam cibi excitare, imbecillo ventriculo vires restituere, animi deliquia leuare, si quaæ profundas partes fluxiones infestent, eas transferre & siccare, sanguinis eruptiones prohibere, & quicquid menstrua vitiauerit, attrahere, ijsq; alleuationem praestare potest.

*De Scarificatione, seu cutis concisione.*

CAP. 4.

**C**orporis partes scarificandæ sunt, quaæ phlegmone vel duritate vrgentur, quaæ vel tensæ furentur, vel dolore aliquo affliguntur, quaæ fluxionibus vexantur: vbi eæ ipsæ fluxiones defierint, aut cum acrem materiam subesse viderimus, seu vis aliqua venenosa extrinsecus illata fuerit, preterea si ab altera ad alteram partem deducere materiam volumus, sicuti scarificatis cruribus, affecto capitì medemur. Siq; exuberans materia in corpore minuenda est, atq; ob id potissimum exuperantia illa oriatur, quod materia ipsa quaæ emitti solet, supprimatur, scarificatione vtimur, quemadmodum sanguinis profusionibus suppressis (quas haemorrhoidas Græci appellant) crura ipsa lota quidem prius, vel spongia calido fomento adhibito, scarificantur. Eodem nanque anno venam frequenter incidere, minime quidem rationi consentaneum arbitramur: quandoquidem cum larga sanguinis copia vitalis quoq; spiritus emititur: quo sanè absympto, crebris quidem moles vniuersa frigescet, tum animales functiones omnes deteriores redduntur. Quamobrem ab ignobilioribus membris vtpote à cruribus sanguis educendus est. Vt ilis quoq; oculis scarificatio est, quos diutinæ fluxiones infestant, tum capitis vitijs: item particulis quaæ peccatoris dorsum adiunctæ sunt. Prodest præterea compactæ materiae, angineq;

Oribasij

## O R I B . A S I I

### DE C U C U R B I T U L I S , S C A R I F I C A T I O N E , H i r u d i n i b u s , D e r i v a t i o n e , & R e u l s i o n e f e r m o , i n s e p t i m o & o c t a u o M e d i c i n a l i u m c o l l e c t i o n u m a d I u l i a n u m

Imperatorem libro.

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

EX LIBRO SEPTIMO.

*De Cucurbitula ex libris Galeni.*

CAP. 15.



Vcurbitule euacuatæ prius corporibus utiles sunt. nam vbi ea plethorica sunt, cucurbitulis non vtimur. Eadem etiam ratione vbi cerebrum eiusq; membranae phlegmone vexantur, cucurbitulis in affectionum principijs non vtimur, quemadmodum sanè nec in vlla alia partcula phlegmone laborante: sed vbi tum nihil amplius influxerit, tum totum corpus ante vacuauerimus, vsusq; postularit, vt aliquid eorum quaæ in parte phlegmone laborante continentur, moueamus, eramusq; vel ad exteriora extrahamus. Dum vero affectus etiam in partcula phlegmone laborare incipientibus, sed ijs quaæ his cōtinuata sunt, reuulsionis causa imponenda est: in principio vero repellentibus est vendum.

*De Cucurbitula ex libris Antylli, ex secundo sermone de euacuantibus remedij.*

CAP. 16.

\* **C**on mediocri dolore & in similibus, leuibus vtimur cucurbitulis, quaæ scilicet sine incisione aptantur. At in quibus roborare volumus, vehementibus est vendum. In oppletis vero partculis, quemadmodum & in ijs quaæ corrupta vexantur materia, cum incisione admouemus. Oportet autem, ante quam eas adhibeamus, ventrem iam emollitum fuisse: aut omnino nullam infestantium excrementorum adesse suspicionem: ac prius comedisse omnino, vel aquam prius bibisse à leui nutrimento & iam subducto. Maxime vero oportet, si sanguinem detrahere volumus, vt primo pars parum circumliniatur: Postea si ruborem sufficientem tumoremq; à cucurbitula acquisierit, scarificetur: sin minus, tertio cucurbitula affigî debet, quo usq; pars tum tumefacta tum rubefacta fuerit. Quod si ne tunc quidem tumor nec rubor effectus fuerit, spongij parts fouendæ sunt, quo usque coloris evanescit, & ita deinceps scarificandæ. At si quis præcognoverit corpora non rubefacta iri, velut in ijs qui pingue habent abdomen, vel in refrigeratis, & in mulieribus, quaæ pepererint: ante cucurbitularum applicationem cataplasmum illis partibus imponendum est. Aliquando vero tumor validus à leuis cucurbitulis fit, & colore lividior: ac postquam scarificatus fuerit, parum vel nihil effluvit: cum sanguis crassior existat, & quod antestat, sit carnosius. Itaque in his, spongij præcipue fouendus est locus, ac tenuis beneq; fluxilis reddendus est sanguis. Cauendum porrò est ne prope mammae cucurbitulae ponantur: incidentes enim interdum in ipsas mammae, & admodum tumescentes, difficultem reddunt auktionem. Sanè applicandæ sunt cucurbitulae cum modo igne: nam si vehementes apponantur, vapore inflammatæ cōtendentæ corpora, nihil effatu dignum attrahunt. Notum autem est ita figurandas esse partes, vt sanguis in ipsis non immoretur, crassescensq; impedimento sit effluxionis: sed vt pronus ad inferiora effluat. Post ablationem vero cucurbitularū, si quod extractum fuerit, sat is, partes postea curabimus: si non sat, cucurbitulas denuo apponemus. In capite cū multo igne haud sunt infigendæ: vehementer enim attrahunt, difficulterq; auelluntur: Quæ vero cum mediocri igne affiguntur, id quod opus est, perficiunt. Quando autem non possunt nisi difficulter auelli, spongij ex calida eas circumplecti oportet: sic enim remittuntur: quod si ne ita quoque remittantur, perforare ipsas oportet.

*De Cucurbitularum differentia à materia & à figura sumpta.*

**C**ucurbitularum differentiae à materia sumptæ tres sunt, Vitreae, Corneæ, Aeneæ. Nam Argenteas, quia vehementius igniuntur, rejcimus. Aenearum frequentior est vitus. Vti etiam vitreis possemus, in quibus sanguinis vacuatione considerare opus est. Corneis itē in capite vti Sexta Clasis,

aaaaaa iii possemus,

# Gal. de Cucurbitulis

possemus, vbi æneas difficulter aiuſas iri existimaremus: & in timidis quoq; qui ob flammam E perterrefiunt. Quod ad figuram spectat, differentia præcipue in æneis est. Sane elatiōes, humi- lioribus magis attrahunt. Humiliores in capite magis accommodātur: propterea quod haud ve- hementer trahunt. Que plana habent labra, corporibus latitudinem habentibus: que resīma cur- uis & gracilis commōdūs affiguntur. Quae acutum q; habent, illis competunt, in quibus sca- rificatione quidem non vtūm, sed per levium cucurbitularum applicationem vehementer at- trahere volumus, laborum acuitate ad attractionis violentiam conferente. Quae obtusa habent labra, tum in alijs membris tum præcipue in capite vtūlter applicantur. Aenearum cucurbitula- rum tractus, quemadmodum etiam vitrearum, per ignēm fit: cornearum, sine igne. Quippe in extremo sunt perforatae, cumq; aptantur, vehementius à nobis ore per foramen exuguntur, sicq; attrahunt. statim vero foramen dīgito ceraue clauditūr.

*De Cucurbitulis ex libris Herodoti, ex sermonibus de euacuantibus remedijs.*

CAP. 17.

**C**ucurbitula vero potest capitis materiam vacuare, dolorem soluere, phlegmonem minue- re, inflationes discutere, appetentias retrōcare, imbecillum exolutumq; stomachum robo- F rare, animi defectiones remouere: que in profundo sunt, ad superficiem trāferre, fluxiones exci- care, sanguinis eruptions colibere, mensum circuitus suggestere, φαροτοις οντας, id est facul- tates corruptionem induentes {seu medicamenta mortifera} attrahere, rigoribus finem impo- nere, circuitus soluere, à cataphora, id est inclinazione in somnum, excitare, somnos cōciliare, gra- uitates alleuare. Hæ & his similes sunt cucurbitularum facultates.

*De Scarificatione ex Antyllo, ex sermonibus de euacuantibus remedijs.*

CAP. 18.

**S**carificamus partes corporis, tum quæ phlegmone, tum quæ scirho laborant, siue distentæ eæ sint doloreq; affligantur, siue fluxionibus fuerint vexatae: nimirum vbi iam fluxio consti- terit, aut acris materia adlit, aut vbi virulenta facultas extrinsecus inciderit, aut cum ex alijs partibus in aliam traducere materiam studemus, sicuti crura affecto capite scarificamus: aut vbi ma- teriam in corpore redundantem minuere volumus, præcipueq; cum redundantia fiat ob mate- riae, quæ de more expelli sit solita, suppressionem, quemadmodum suppressis hemorrhoidibus, crura scarificamus. Sane pars quæ scarificari debet, prius, si fieri potest, lauanda est: sin minus, aqua tepida quoq; rubefiat, est perfundenda, aut spongijs fouenda, aut soli igni ut exponenda, ac postea scarificanda. Infingendè vero sunt incisiones, in cruribus quidem & abdomine, κατ' εὐθυ- πλεv, (id est per rectitudinem seu longitudinem) in thorace item & dorso ac ceruice, eodem modo: in capite vero secundum capillorum positionem: in fronte autem per transuersum. Magnitudine porro inter se sunt æquales incisiones: & quæ inter eas sunt interualla, inter se sunt æqualia sunt: Scarificationisq; initium ab infernis partibus sumatur, ita enim sanguis ad superficiarias par- tes decurrens, eam quæ scarificari deinceps debebit, non obscurabit. Incisionum situs per æqua- les inter se ordines fiat. Scarificatio autem non κατὰ πληγὴν, id est per percussionem, sed κατὰ σφ- μῶν, id est per tractum est facienda. Hoc enim pacto cītra dolorem fieri.

*De Scarificatione ex libris Apollonij.*

CAP. 19.

**C**VM ad corroborationem & ad quacunq; corporis conseruationem plurimam etiam habe- ri vtilitatem ex sanguine compererim, qui səpissime quidem quantitate abundat, aliquando vero secundum qualitatem in deterius peruerit: opinatus ipse sum, vbi ipse abundat, im- minutionem: vbi corruptus est, alterationem conuenire. Venas igitur sèpitis eodem anno seca- re, non esse idoneum arbitratus sum: considerans quod vna cum sanguine multis etiam spiritus H vitalis excernitur: dum autem hic absuntur frequentius, vniuersa corporis moles refrigeratur, & omnia naturalia opera deteriora euadit. Judicauimus ergo ab ignobilissimis particulis, sicuti a cru- ribus, sanguinis extractionem per scarificationem fieri debere: quantitate habitu hominis vñq; mensurata. Optimum vero præsidium est tum ad conseruationem sanitatis, tum ad eiusdem recu- perationem, vbi ipsa deprauata fuerit \* \* vñl ab aliquibus eiuscemodi causis. Nemo tamē me phlebotomiam explodere suspicetur. Ego enim illam in maximis periculis simisq; affectibus non omitto: in quibus sane abūde affatimq; sanguinem effundere est opus. Nam pro- inde vt affectus sunt vehementes, ita quoq; affatim vacuationes faciēntur. Plethora autem comoderatam, quæ aliquid malit factura sit, ac iam conuerzionem in morbosum statum attin- gat, tibia quæ scarificationibus vexata fuerit, innoxiamq; totam quam volumus sanguinis illiga- tionem reddiderit, cītra validam totius molis cōmotionem, soluit. Sæpius enim plus quam par- sit, congregatur. Quare tardandum non est, vt quotiescumq; plenitudinis signa inciderint, ipsam eo quo ostendimus pacto, tollamus. Prestat enim tum viscerā, tum que in toto corpore sunt va- sa, intemperanter non repleti (i.e. οὐ σφραγῶν) neque distendi, sed potius in terminata quadam rela- xatione esse, vt naturalis sp̄ritus expedite permanere possit.

*Scarificationem*

# scarificatione, &c.

4

A Scarificationem mulieribus quæ probe non purgantur, alijsq; multis affectibus prodefe: C.A.P. 20. **M**ulieribus, quibus purgatio prospere non succedit, scarificatio mire auxiliatur, nam quod pus expectare oportet: tuncq; cum nihil vel parum sponte fluxerit, tantopere detrahente hoc au- xilio vt debemus, quantopere vius postularit. Quib; etiam etiā mulieribus, vt de more menstrue purgationes iterum redirent, hoc auxiliū maxime contulit. Nam continua in inferiores partes sanguinis eductio, inclinationem viamq; ipsi prebet. Ego sane etiā valde etate proiectas, quibus iampridem nihil menstrui ferebatur, vbi aliqua corporea molestia conflīcentur, hac curatione subleuo. Hac enim mulierum propria est, multumq; habet efficacie: quippe quæ naturalis ex- cretionis modum imitetur. Porro vacuare interdum soleo scalpello, id est simili: interdum autem per hirudinum applicationem. Oculos etiā cum quidam ex longo tempore ab incessabili fluxioe infectos haberet, hoc præsidio sanatus est: cum nos alijs etiam localibus circa oculos auxilijs vñli fuissimus, totiusq; corporis curā gesissimus. Senex etiā quidam, cum prius quidē longis, postea vero breuioribus interiectis interuallis, à strangulofa circa pulmonem angustia vexaretur, simili modo curatus est. Ea autem quantitas, quæ conueniens esse videbitur, vacuanda est, refrigerare. **B** iōq; est vitanda: ac nutrimentum deinceps comoderatum, tribus quatuor ue diebus est exhibendum. Et Jane dum pestilentia vehemens Asiam deprehendisset, multosq; perdidisset, meq; etiā morbus attigisset: secunda morbi dīc, remissione febris facta, crus scarificari, diu sanguis ferē notis impetrati ē. **H**umor vñli sangue necesse mitet, dum corporis suus

\* al. exprimet. **Q** Vidiā captas hirudines diu includunt, eisq; ad multa vtuntur. Ipsa. n. si mitescunt, car- nem facile apprehendunt: cum alia nonnunquam peregrine se se gerant. Oportet autem has quidem, cum primum eas experti fuerimus, applicare: quæ vero nuper captae sunt, per dies seruare, exiguum sanguinis pro nutrimento iniūciant. Ita enim earum virulenta trāspirabit. **C** Sane cum eis vt volūtus, locus cui hirudines applicandæ sunt, nitro prius friandus, ac sanguine alīciū animalis, vel argilla humida inungendus, vel forendus, vel vnguibus scalpendus: promptius enim apprehendunt. Oportet autem ipsas in aquam tepidam & puram, in vase lato magnoq; contentam, iniūcere, vt commotæ virus abiūciant: mox vbi eas spongia comprehendērimus, ac mucorem lentoremq; purgauerimus, manu admouebimus. Atque vbi omnes inha- fient, oleum tepidum particulae, ne refrigerescat, infundemus. At si manib; pedibus ue affigendæ sunt, pars ipsa in aquam, vbi hirudines sunt, iniūcienda est. Quod si et eis vbi repletæ fuerint, vt oportuerit, vel q; paucæ hirudines psto adfuerint, vel q; paucæ apprehenderint, earū caudas for- pice incidere oportet. nam effluente sanguine trahere nunq; desinunt, quousq; nos saltem vel ni- trum vel cinerem, earum osculis inspergamus. Vbi vero exciderint, si locus cucurbitula capere potuerit, per eius appositionem, virus extrahere debemus: valide nimirum ipsam apponentes, celeriterq; auellentes. si vero cucurbitula capax non fuerit, spongijs fouendus is est. Ceterum si corpora vel oscula sublachrym, mannam, vel cumīnum, vel farinam inspergit, ac postea la- nam paucō madentem oleo contulito: sin sanguis etiam inde erumpat, linteola, vel aranciarum telas ex acetō iniūcito: aut gallam vñtam, aut spongiam nouam pice liquida intinctā ac vñtam, iniū- ponit: deinde chartula acetō irriganda imponenda ac illiganda est. Haec autē in partibus que in medio corpore habentur, sunt peragenda. Nam in brachijs & cruribus, quæ græce vno nomine κατα. i. membra longa appellantur, solum etiam vinculum pro cohīedo sanguine satiis est: quod posterio die soluendum est. siq; sanguis constituerit, abiūciendum: si vero non constituerit, eisdē vñ- dum est. Scire autem oportet hirudines non ex profundo sanguinem trahere, sed eum qui carni- bus adiacet, exugere. Eas autē in illis vñsurpamus hominibus, qui scarificationum incisiones perti- mescent, vel in illis partibus, in quibus cucurbitula ob earum paruitatem, vel glibbositatē & in- æqualitatem aptari non potest. Hirudines auellimus, qñ eius sanguinis quæ arbitramur exauriri oportere, dīmidiam partem attractam fuisse conficerimus, & postea vñq; adeo effluere permit- timus, quoad qui satiis sit, excretus fuerit. Quoniam vero particula tum ab hirudinibus, quæ natu- ra frigidæ sunt, tum ab aere refrigeratur: fouenda ipsa est, ac recalsacienda: sanguinisq; fluxus non per refrigerantia, sed per alstringentia & emplastica, vt diximus, est cohīendus.

C.A.P. 22. **H** irudines locis affectis applicantur, vel eis qui proximū non pinguibus sunt. Nam oleū ca- rum appetentiam subuertit. Porro in angustiam stricti calami ab vtracq; parte hanc perfo- rat, vel per quidam simile, cum aptandæ sunt, demitti debent. Earum numerus à durabus ma- gnitudinis

# Orib. de Deriuatione, & Reuul.

gnitudinibus loci nimis et affectionis, sumendus est. Auscultur, oleo calido earum labijs in- **E**fuso. \* \* Quod post earum ablationem effluit, digitus impositus cohibet. Excretionis quantitas ab hirudinum erectione conspicitur: sed evidenter ea etiam apparat, si congregata fuerit, quando hirudines a corporibus diuulse, sanguinem euomuerint. \* \* Sane loci, quibus aptari hirudines debent, superficietens scarificandi sunt: vbi enim illae sanguinem gustauerint, audiens ipsum appetunt.

EX LIBRO OCTAVO.

*De Deriuatione ex libris Galeni.*

CAP. 18.

**D**eriuatio (græce parocheteusis) eiusdem est generis cum evacuatione facta per particulam, quæ fluxionem suscipit. Fit autem per aliquam vicinarum partium exempli causa. Quando per gurgulionem vel palatum fertur fluxio, per naras certe ipsius deriuatio congruenter fiet, irritatione a nobis facta vel prouocatione per acria medicamenta. Quando vero ad oculos vel aures succi vergunt, deriuare ipsos non in naribus tantum, sed et in ipsum etiam os debemus, medicamentum id, quod ex origano & sapa confection est, idq; etiam quod ex sinapi constat, diluenda gargarizandaq; exhibentes. Scimus etiam quod staphisagria, idest pedicularis herba, comman ducata, pyrethrum, omniaq; id genus acria, succorum abundantiam, quæ in oculos vel aures ex capite fertur, ad os traducunt. Deriuatio etiam fit si id quod per asperam arteriam in pulmonem defluat, ad stomachum diuertamus. hoc enim magis eligendum: Nec secus etiam si mulieris per sedis venas sanguinis irrumpat, eumq; ad uterum venas traducamus. Riuare igitur (græce ὕετεν) est per riuos ducere: Deriuare vero (id est ταρπητεν) est a riuis ad latera diuertere.

*De Reuulsione ex Galeni libris.*

CAP. 19.

**V**ehementissimos succorum influxus reuulsorijs praesidijs cōfertim ingruere prohibemus. Reuulsoria autem praesidia sunt, vincula quidem brachiorum & crurum. i. τὸν κώλων, vbi succi in thoracem & ventrem inclinant: Vomitus autem, vbi ad inferiora declinat: Quemadmodum etiam acres clysteres, vbi ad vomitum vergunt. Has vero ambas succorum inclinatio nes, eam inquam quæ per superiorem, & eam quæ per inferiorem ventrem fit, ad vrinas ac sudores retrahes. Quin & vrinas quoq; tum ad sudores, tum ad alii quoq; defectiones reuelles. Reuulsorium etiam praesidium est, quæ iuxta mammas apponitur cucurbitalia. Quæ vero hypochondrijs affiguntur, saepenumero sanguinis ad naribus impetum potenter reuulsiſſe conspexitis: quemadmodum etiam sanè immodicas per uterum irruptiones. Acria etiam medicamenta brachijs & manibus, id est τοὺς κώλων, imposita, succos ad caput visceraq; vergentes, reuellunt.

In summa, reuulsione facienda est, deorsum quidem, vbi succi ad superiora: sursum, vbi ad inferiora vergunt: & vbi introrsum, ad exteriora: vbi extrorsum, ad interiora:

Ita quoq; si dextrorsum inclinat, in sinistram: si sinistrorsum, ad dextram  
reuulsione facienda est: Sic sanè fluxiones quæ retro inclinant,  
in priora reuellendæ: quæ in priora, in posteriorem re gionem abducendæ sunt.



## GAL. DE VENAE SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATVM LIBER

DENVO AD GRÆCORVM EXEMPLARIVM FIDEM RECOGNITVS.

B


Iosepho Teſtandro Cracoviensi interprete.

ARGUMENTVM LIBRI.

Increpat Erasistratum, qui poſthabito vene sectionis auxilio, neq; efficacibus, neque tutis remedij vteretur.

Aduersus Erasistratum, qui cum in minimis pleriq; curiosus eſſet, ſemel tantum idq; obiter, de vene sectione mentionem fecit.

CAP. 1.



Ihi equidem illud inquisitione quam diligentissima dignum videt, cur nam Erasistratus, cum cetera quæ ad artē spectant, abunde ſatis per traçtaret, ac circa minima quæq; tantopere curiosus eſſet, vt & quorundā holerūm cataplasmatumq; decoquendī rationem conſcrisperit (quorū facultates vſumq; ſi vñquam alius declarasset, nō iniuria eorū dem conficiendī rationem omittere potuiffet, quandoquidē id nullius pretij ſit, taleq; quod à quorū ex vulgaribus inueniri poſſit) de vene sectione interim, tam potentia ac magno auxilio, quodq; vel veterū ſententia non minus efficacissimis remedij extolleretur, ipſe nullā mentionem fecerit. In illius. n. operibus fermē ne nomen quidem vñquam obiter, de vene sectione mentionem fecit.

venæ ſectionis, praeterq; ſemel, reperi potest, vbi ipſem, quemadmodū vñcuicq; conſiderare facile eſt, obiter potius praeterq; institutum, quā ſtudio inſigni de ſanguinis reiectione agens, illius meminit, id quod ex fuis ſcriptis intelliges, quæ ſic habent: Deligatur ē vero, quæ circa alas & in guina fluit, non ſunt faciendæ more quorundam, qui vulgatam curandī rationē imitantes, nihil aliud conſequuntur, q; quod ſanguinē vñculis abunde exprimant. Quod, n. in deligatis corporis partibus ſanguis plurimus recipiatur, ex venarum tensione, earumq; ſectione coniectandum eſt: ex incifa ſiquidem corporis parte, cum ea deligata fuerit copiosior eſſet effluit. Dum vero ſanguinis reiectione cōtingit ex deligatura in tibijs ac brachijs facta, plurimum eius ibidem recipietur. Postq; etenim qui circa thoracis partes adeſt, diminutus fuerit ſanguis, tū ipſa quoq; reiectione multo minor pauciorq; ſiet. Hoc aut̄ ipſum imitarī conantur hi, qui ſanguinis reiectione laborantibus, venam ſecant. Sed in hac re Chryſippus multo confutius agit, quippe qui non ſolum praefentia in ſpiciat, ſed etiam imminentis periculi curam gerat. Huic. n. periculo quod in reiectione accidit, aliud ex inſtigatione adhæret, in quo quidem offerre aliquid perquā difficile eſt: ruſum autem ei qui à vene ſectione famem longo tempore tolerare debeat, ne diſſoluatur verendum eſt. Cæterum Chryſippus ſimulatq; nutrimentum in corpore fam elaboratū in loca ſolutu difficultia tranſtulerit, quod eo tempore quo diſſolutionis periculum imminent, hoc pacto cibum diſſerre poſſit, in promptu eſt. Et hac quidem ille medendi ratione vſus nunq; offerre coactus eſt, ob idq; ſumma quæq; ingenio ſuperauit, ac quod ſibi vndequaq; conſet, frequentissimas meruit laudes. Quod autem nullius momenti haec ſint, & in digna omnibus modis, quæ vel ad Erasistrati ſolertia, quam ille ſibi in hac arte vendicat, vel ad auxiliū vires referantur, cuiſlibet conſtat. Quandoquidem ſi neq; apud Hippocratem, neq; apud Diocle, neq; apud Euryphontem, neq; penitus apud quenquam alium qui ætatem Erasistrati praecelerūt, tale genus auxiliū in ſcriptis reperiſet, forte ſuſpicari quis poſſet illum, tanq; de eo cuius vſus nōdum fuſſet inuenitus, aut apud celebres medicos approbatuſ, iure optimo verba non feciſſe. Verum cū permulti alij fuerint, quibus non in uno tantum eodemq; leui affectu, ſed et in plurimis acutissimisq; frequens huius auxiliū vſus iam conſitterat, ac eo pacto tum Hippocrates omnium bonorum artis medicæ author, tum vetuſtissimi quiq; illo vſi eſſe animaduertuntur, qua quæſo re Erasistratus commotus id adeo ſpreuit,

vt ne

vt ne rationem quidem villam illius in enarrando habuerit: Etenim & quod illud non improba-  
uerit ad certos affectus, reliquorum præsidiorū more, ipsum referēdo indicare, & causam ob quā  
id probauerit præscribere eum oportebat. Atqui hīc in huīus præsidij viribus enarrandis tan-  
topere inops fuit, vt neq; significauerit recipiendus ne sit, an posthabendus vīsus illius, neq; vñq;  
quid de illo sentiret proferre ausus fuerit, nūl i in vno tantum, vt superius dicitum est, affectu: quā-  
quam vel ex ijs quæ ipse retinet, opinionis sua summam manifestam facere videtur. Nequaquam  
enīm, si vīsum illius probasset, silentio præteriisset. Nec etiam cum minima queūs quæ ad leuan-  
dos affectus accommoda erant, describenda putaret, haec vt pote tam magna, aliquem etiam ab  
eo non dīcīset, propria opera cosequī posse perficiū habebat.

*Quibus rationibus Erasistrati sectatores dogma de non secunda vena tuerentur.* C A P. 2.

**C**AUSA vero, ob quam venæ sectione ipse non sit vīsus, fortassis diuinatione opus habere cū-  
quam videbitur. Quī enim quis rescrire possit quod ea ipsa Erasistratus cognita habuerit,  
quorum nullam diffusa oratione ille mentionem fecerit? Nihilominus fuere nonnulli qui in ex-  
plianda illius sententia queūs vaticinari conati sunt: verum hī dum inter seipso discrepant, in  
maximis erroribus versari, manifeste sunt deprehensi. Nam nemini ex illis eadem stat sententia:  
& quod multo grauiissimum est, neq; ab ipsiis Erasistrati commilitonibus, discipulisq; Chrysippi  
Cnidij, quo primum auctore de explodendo venæ sectionis vīsu dogma suscitatum est, de illius sen-  
tentia quicquam certi constitutum est. Hec autē quæ Apœmantes Stratoq; protulerūt plane ri-  
dūcula sunt: ut ergo enim dicit per difficile esse venam secare, vel ob internotionem vasis, vel ob ar-  
teriæ incisionē: documentum quippe illico ingens immīnere, sanguinis fluxu defec-  
tūt. His addunt quod quandoq; aliusq; præ timore mortuus sit, & alter ēt ante vasis sectionem,  
alter vero eo sām secto referri nūq; potuerit, tum q; quidam irreparabili sanguinis fluxu defec-  
rit. Sed prætero illa quoq; quæ à reliquis dicuntur, nam aliq; quidem eorum afferunt vacuationis  
mensuram conjectura, assecurata multo esse difficillimum, ideoq; necesse esse, vt aut diminute eu-  
acuantur nihil plus contingat: aut mediocritatem excedentia maxima impendeat noxa: (quid enim,  
aīunt illi, venæ sectio modum exuperans, à cæde differt?) Alij vero dicunt, q; cum trāssultus spiri-  
tuūm (grāce paremplosis) ex arterijs in venas fiat, necessario inanitionē sanguinis per oscularum  
reserationem ipse sp̄iritus sequatur. Sunt & aliq; qui affirmant venarum evacuationem inflammatio-  
nis affectu in arterijs iam constituto, planè superuacaneam esse. Atqui vñueris talia quāquam  
credibilia alīciū appareant, sunt tamen re vera falla, indignaq; quibus adhiberi fides debeat: quæ  
his omnibus longe facilis habenda fuisset, si hæc in medium protulissent, quæ dicta fuerant à cæ-  
teris quibusdam, qui ex succorū natura disputandū initium deponserunt. Et quanquam vel  
aduersus hos longiore sermone alīciū conueniret instare, huius tamen rei imprimis etiam ea pro-  
pter nulla est occasio, quia orationem sic in immensam prolixitatem excrescere oporteret: præ-  
terea nihil obstat quo minus ea quæ tum ab Erasistrato, tum à quouis alio ex Chrysippi discipulis  
dicta sunt, reprehendere aggrediamur.

*Quæ fuerit Erasistrati opinio de oru febris & inflammationis, ac de ipsarum medela.* C A P. 3.

**C**ommōdissime igitur sermonē mihi infruxisse videbor, si prætermis sī alii ab ipsius Erasi-  
strati placitis initio fecero, orationemq; ipsam quātū eius fieri potest brevissime absoluero.  
Cæterum ille arteriæ sp̄iritus, venā autē sanguinis receptacula esse afferit. Deinde vero vbi grandi-  
ora receptacula diuisa fuerint, magnitudine quidē illa diminui, numero autē effici plura: ac cum  
nullus locus detur vbi circa terminū vñius, vas aliud non existat, illa vndequaq; per corpus de-  
lata in tam minutis fines desinere, vt contentus in illis sanguinis præ extremitatē oscularum conni-  
uentia intus retineat: ob idq; effi oscula venarum arteriarumq; inter se vicina sunt, sanguinē tñ, p-  
rijs terminis circūseptum, ac nullib; in vasa sp̄iritualia insiliente permanere: & eosq; sanguineal  
legibus naturæ dirigi. Simum latq; vero cā quēdam violēta irruerit, tum sanguinē ipsum in arterijs H  
transferri, & animal iam necessario ægrotare. Causas itē huius rei aliquas, præcipuamq; illarū san-  
guinis multitudinē esse, à quo & venæ tunica diffundi referiāq; fines, qui prius clausi fuerāt, trā-  
fundīt in arteriæ sanguinē, qui postea sp̄iritū à corde delatum perturbans, eiq; motū suū alterāti  
resistens, siquidē è directo atq; prope principem partē consisterit, jam id febrim esse, si autē ab ipso  
retro repellat, ac in finibus arteriarū condense, inflammationē tum existere. Et talibus ille rōni-  
bus inflammationē ex plenitudine adstruit. Verum quæ ex vulneribus contingit, eam quoque  
sanguinis ex venis in arteriæ transsultu causari aīt, cuius rūsum transsultus causam illam quæ ad  
evacuationem fit, successione esse putat. Cum enim scissis arterijs, post inflatum vulnus sp̄iri-  
tus vñueris ex laesa parte effusus fuerit, & periculum instet ne vacuus fiat locus, sanguinem, illo  
tempore, sp̄iritus evacuati, quiq; locum illum prius replebat, gressum per oscularum referatio-  
nes confequit solere. Si ergo sp̄iritus foras emissus fuerit, hunc quoque effundi: ocluso autem illo  
atq; obserat, etiam hunc vi sp̄iritus à corde demandat, impullum, in locis vulneri vicinis cunctū  
coaceruari, & ea ratione inflammationē efficere. Sed concedamus age ipsi quacunq; hoc tem-  
pore de febribus & inflammationibus dixit, vera omnia esse: nam alibi demonstrauimus ea nihil  
in se veri continere. Doceat igitur ipse nos iam medicaminū seriem. Ait enim cum in multis  
alijs

\*wpōrō.i.ā.

“ A alijs locis, tum in prīmis in tertio de febribus tractatu sic verbatim: Circa ægritudinum igitur ini-  
“ tia ac inflammationum generationes omnem sorbitiōnū oblationem auferre oportet: inflamm-  
“ ationes enim, quæ febres faciunt, vt plurimum ex repletione fiunt. Si itaque hoc ipso tempore  
“ adiectiones concessæ fuerint, & concoctione distributioneq; suas actiones perficientibus, vasa  
“ alimento repleta fuerint, inflammations multo vehementiores persæpe fieri contingit. Hæc qui  
“ dem ille de inflammationibus protulit, quæ citra vulnus ex plenitudine eveniunt. De illis vero,  
“ quæ ex vulnere suborūntur, in primo de febribus libro denū in hanc sententiam recenset: Iste  
“ autem subsequuntur medendi rationes, quo vulnera omnia ab inflammatione libera efficiant.  
“ Medicamenta enim, cum sanis partibus illinuntur, claudendo atq; obturando prohibent, ne san-  
“ guis desuper fusus in loca disiecta irruat: quandoquidem in illa, quæ affectu carent, eo quod mul-  
“ tæ arteriæ illic venæq; recludantur, sanguis, qui in arterias transfilierat, facile in venas quoque  
“ transfluet. Quamobrem consequens rursus est, vt vulneratis nihil prorsus inflammationis  
“ tempore offeratur: vñē nāq; cum alimento vacuæ existunt, longe facilis sanguinem in arterias  
“ ingefut assument, quo sane ita peracto inflammationes minus contingent. Proinde, q; multitu-  
“ do euacuanda sit, quodq; venæ distentæ ac replete, in seiphas iterato quicquā recipere nō possint,  
“ assentire ipsi Erasistrato nos fatemur: verum, quoniam pācto hæc euacuandæ sint, in dubium à no-  
“ bis vocatur.

*Præstantiō ex venæ sectione, quā ex inedia fore vacuationē, quodq; Erasistratus negligens fue-  
rit in imitanda natura, ac scriptis Hippocratis legendis.* C A P. 4.

**P**ostquam itaque evacuationem esse confessum iam fēmel sit, ego eam omnium facillimam  
atq; expeditissimam, venæ sectione perfici arbitror, ut pote per quam ipsas etiam inflammationes  
solas celerrime euacuare possumus: cum è diuero inedia, præterquam q; longum tempus  
requirant, etiam vñueris habitum æqualiter euacuant. Atqui istud nequaquam conuenit, cur  
enīm quis id euacuet, quod euacuatione opus nō habet. Aut cur eliquet carnes, cum sanguinem  
subtrahere liceat? Vt interim noxas reticeam, quæ ex longis inedijs necessario evenire solent, ac  
virtutem defatigatam, & succos biliosiores amarulentioresq; redditos, frequentes item cordis  
morsus atq; inquietudinem, tum dejectionum alii retentionem, & omnia denique excrementa  
acriora maligniora effecta. Quorum Erasistratus nihil animaduertens, cæcōrti more, qui amplam  
compendiosamq; & planam viam in propinquuo habentes, saepe numero angustam ac asper-  
ram prolixamq; errabundī inēunt, & ipse tam propinquam satiāq; expeditam & amoenam se-  
mitam spernens, ad impeditam illam ac longam sece contulit: quippe qui hoc tantum considerat,  
rauerit, num, quod ipse contendit, via eō vergat, non autem an compendiose, & sine periculo du-  
cat. Nam, quod vel inedia ad plenitudinē euacuationem conferat, ego quoq; consentio, verum  
longo tempore, magnoq; cum nocturno cōsum efficeret id dico. Attamen sapientem Erasistra-  
tum, qui quorundam iudicio Hippocrati par esse videtur, non puduit, quod neglecto tam inſi-  
gni præfido, nihil credibile aut rationi consentaneum attulerit, quin potius, velut de re abiectis  
firma penitusq; nullius precij, verba fecerit. At Hippocrates ille medicus te, o Erasistrate, nulla  
ex parte inferior, non sic de venæ sectione pronunciauit, sed, quæ tu verbis saltem admiratis, ea  
ille opere palam est executus. Admiratis tu siquidem naturā ipsam, vt artificiō fam simulq; pro-  
vidam animalis gubernatricem, nullib; tamen eam imitaris. Aut, cum illam plurimis morbis san-  
guinis evacuatione medentem frequenter animaduertis, cur ne in vno quidem vñquam hoc  
idem tu ipse fecisti? Cur etiam naturæ, quam laudas, opera silentio supprimis? Cur preterea, quā  
modo apud Hippocratem reperiāt multa huiusmodi scripta: Mulieri sanguinem vomenti men-  
struis erumpentibus solutio. &, Ab atra bile habitis similem effectum hæmorrhoides praefant.  
Sanguinis item fluxus copiosi, per nares soluntur, apud te nihil tale, sed vñico solum verbo lau-  
data natura, opus autem illius nullib; scriptum reperitur. Porro mihi sufficiebat, vt opera illius  
D antea ad perfectum addiscerem, à quibus postea initio sumpto ad inuestigandum reperiendūq;  
id, quod æquum putabam, idoneus euasi. Liceat ergo mihi vñia eorum, qui te admirātur, dice-  
re, quod in conspicuo est, quod, si mihi aut modis omnibus demens, aut in naturæ operibus quā  
minime versatus esse videaris. Alteri enim ex his duobus, vel quia illa nunquam cognouisti, vel  
quia cognita famdudum non sis imitatus, obnoxius existis. Aut fortassis in cubiculo aliquo per-  
petuo delitescens, neq; aliquando ægrotum aliquem contemplatus, hæc scribebas: hincq; adeo  
non iniuria naturæ opera ignoras, quæ alioqui pro extrema dementia tua semper es præpostere  
admiratus & imitatus: necnon, postq; scribendi prouinciam inīstī, legem scribendo es transgres-  
sus. Oportebat enim primum te opera naturæ mihi describere, deinde declarare: & quæ illa inte-  
gre ac perfecte proprijs conatis incitata, & que morbos causis præpedita diminute agat: nā  
huiusmodi ratio vñam ad inuenienda medicamenta nobis suppeditat. Cum etenim dīdicero, quæ  
probe ab illa perficiūtur, supperaddito eo, in quo illa deficit, facile ei adiumento esse potero: rur-  
sum, si ipsa nihil penitus mouet, id quod qñq; morbosarum causarum vehementia superata pati-  
tur, tum ego illud omne suggerere enitar. Tu vero nihil horum indicans, domīq; te contineas, vt  
qui forte ægrotorum visitationē, vt fertur, paruipendas, quod tibi videbatur, scripsisti. Cæterum  
si tu ipse

## Gal. de uenæ sectione

Si tu ipse non p̄spexeras, Hippocratis monumenta relegendi tibi addiscere integrum erat. & q̄ E perfecte integręq; ac vt ille loquū consueuit, absolute natura mouente iudicentur, & qua ratione illam quis iudicium non aggredientem, pulcherrime imitari possit: quo etiam pacto aggredientē quidem eam, verum debiliter mouentem adiuuare oporteat. Si enim in his exercitatus fuisses, talia te consiliente audiem, qualia apud Hippocratem quoq; inaudito: Quæ iudicantur & iudicata sunt integre, neq; mouere, neq; nouare sive medicamentis, sive alijs irritationibus, sed sinere. Istud quidem habes proprium natura integrę mouentis praeceptum: quod vero huic succedit, natura & ipsum, verum diuinute ad iudicium mouenti congruit, eamq; ob re illi auxilio esse iubens, dicit. Que ducere oportet, hæc, quod maxime natura vergit, per loca conferentia ducenda. Natura si quidem tunc temporis expellere conatur id, quod eam infestat: cum autem præ imbecillitate finem operi imponere non possit, nostra auxilia implorat. Propterea etiam lateris inflammatione laborantes curans, iuxta humorum vergentiam inanire eos confuevit. Quid enim ait? Cum ergo dolor ad iugulum extenditur, aut grauitas in brachio, vel circa mammam, aut supra praecordia existit, interna cubiti vena secada est. Neque dubites copiosum detrahere sanguinem, donec rubicundior multo, aut pro puro rubidoq; luidus effluxerit, utruncq; enim contingit. At, si dolor sub septo transuerso fuerit, neque ad iugulum ascenderit, tum aliud vel nigro veratro, vel peplio subducenda est. Rursus vero in quopiam renalium affectionum cōcursu præfatus. Et in rene dolor grauis per illa vsque ad coxas tendens & directo infert poplitem fecare, hoc est, venam, quæ in poplite est, incidere.

*De venuſectionis vena in frigidis, ac reliquis ex multitudine affectibus medicorum rationalium,*

*Empiricorum, ipsiusq; natura testimonio.*

C A P. 5.

Illiud vero quo modo dicitur est: Ex Margei famula ne sanguis quidem prodijt, nam, ut filiolam hæc peperit, illico os ad vertebrae coxarum detortum est. Porro dolor ex vena prope talum secta cessauit, quamvis tremores corpus iam occupassent. Atqui nunc ad occasionē ipsam eiusq; formitem transeundum est. Hippocrates siquidem te & occasionē morbi & generationem occasio- nis perpendere iubet, id quod tu mea quidem sententia multitudine sanguinis præsertim moleſtiam inferēte, nō de alio quoquā, præterq; de venæ sectione dicitur affirmare possis. Ergo prefatae mulieri, licet iam tremore correpta esset, ille secare venam non distulit, cū ē diuerso nemo alter in tremoribus aequē, atq; hydropsi, alio ve frigido affectu vlo, sanguinē detrahere vñq; ausus fuit. In talibus, n. ex calidi succi euacuatione adhuc multo magis corpus necessario refrigeratur, & innatus calor, q; per affectū ante quocq; frigefactus fuerat, extinguit. Hippocrates vero, vt ipsem G fateſ, multitudinē sanguinis ante ipsum affectū accumulatā considerauit: muliercula, n. à purgamentis, quas sectidas vocat, non fuerat expurgata. Fomes aut̄ seu nutrimentū occasionis, hoc est generatio, primaq; causa, ob quam non sit probe expurgata, est ipsa contorsio vteri, qui ad coxas contortus fuerat. Proinde, cum refectio euacuationem, situs vero vteri locum, per quem euacatio instituenda est, illi indicaret, venā talo proximam incidit: talemq; Hippocrates sese in cunctis præstit. Sed ne laudib; virum hunc extollentes Erafistratoꝝ tristitia afficiamus, vt qui ipsi, ante eosq; Erafistratus, aduersus illū inimico animo esse mihi vissi sint, missa faciamus nunc Hippocratis monumenta: alio enim tempore totam illius de euacuatione artem declarare constitui- mus: quin potius trāferamus nos ad illos, quorū aliqui empiricam rationalemq; sectā vna sunt amplexi, qñquidem ex his à venæ sectione abstinere inueniō neminem. Nam inter dogmaticos, Dioclem ac Plistonicum Dieuchenq; & Praxagoram, vna cum Philotimo atque Herophilo & Asclepiade, venæ sectione vſos fuisse compertum habeo: quanq; Asclepiades contentionis adeo studiosus fuit, vt oīa ferme priora dogmata lacessuerit, neq; alicui prioris seculi homini, immo ne Hippocrati quidē pepercit, hincq; adeo veterū medendi rationē, mortis meditationē nomina- re non sit veritus. Atqui neq; hic eo impudentiæ venerat, vt venæ sectionem è medicinaliū auxi- liorum numero explodere auderet. Quinetiā neq; inter recentiores aut vetustiores aliquis, non Athenaeus, non Archigenes, neq; Agathinus, tum deniq; neq; ex empiricorum coetu quisquam: hi enim cum nihil eorum obseruent, que ratione consentanea sunt, omniaq; experientia sola de- cernant, tñ ex his neminem mihi proferre poteris. Quando autem isti in omnibus alijs rebus ferè dissidentes, in hac sola conueniant, mihi planè concordia suspicione vacante nihil magis fide di- gnum esse videtur. Sed, ne præ testium multitudine opera nature, quā tu, s. laudas, obscuriora red- damus, mittamus hos, s. lubet. Non ne ipsa mulieres cunctas singulo mense euacuat, sanguine superfluo foras effusio. Multe bre. n. genus, vt quod domi ageret, neque vehementibus laboribus exerceretur, aut sub claro sole viueret, ac ob vtraque hæc multitudinem humorum coaceruaret, ipsam euacuationē plenitudinis, tanq; remedium naturale, obtinere opus habebat. Et vñq; qdem istud naturæ opus est: Alterum vero purgatio post partū contingens existit: licet & foetura ipsa, species sit euacuationis. Nā ex sanguine vteri cōceptus nutriti solet. Tum vero, postq; editus est foetus, generatio lactis in māmillis, vacuatio hæc quoq; est: {quantitate sua} non parua: vna siqui dem & lactis & menstruorū substitutiā est, arborumq;, vt quisq; dixerit, riuarū fontes cōmunes, venæ sunt. Quāobrem, quibusq; per atatem menses fluere cessarunt, his neq; in māmillis lac amplius

trō πλάνη.

## aduersus Erafistratum.

7

A amplius colligitur: quæcūq; etiam purgandi repora adhuc habent, ac interea lactant, haec non purgantur. Præterea cum mulieri lactanti sanguis per locos eruperit, illico lac huic evanescit. Ad hec quæcūq; animantia vtero non gerunt, his neq; lac vñq; adest: rursus quibus id suppetit, illa etiam ad concipiendū à natura idonea sunt. At si iam addidicisti quot cōmoda ex huiusmodi euacuatio- ne muliebre genus maneant, quotq; documenta n̄sdem suppressis sequantur, haud video q; suf- feras, quo minus sanguinem superabundatē modis omnibus euacuare acceleres. Mulier enim, Hippocrate teste, podagra non laborat, n̄si menstrua defecerint. Sed cur ego contra hominem Hippocrati inimicū, verbis Hippocratis vtor? Velim itaq; audias iam veritatem ipsam me precone- tibi denunciācē, quod mulier si probe expurgetur, neq; podagrī, neq; articulorum dolorib; obnoxia sit, aut spirationis vel vocis ablatione rite purgata vlo tēpore infestetur. Num vero men- struis fluentibus, aut phrenitide, aut lethargis, aut convulsionibus, vel tremoribus, rigoribus ue mulier aliquid correpta est? Num etiam vel melancholia laborantem, aut mania vexatam, aut quæ ex thorace spueret, vel vomeret ex ventre sanguinē, aut capite laborantem, aut synanche p̄focatam, aut aliquidibus id genus magnis & vehementibus affectibus impetrat, cui menses recte ex- cernerentur, qñq; conspexistit? Verum his retentis eam cūlibet malo implicari facile est, huicq; rursus euacuationes medent. Sed posthabitūs mulieribus te ad mares iam cōser, vt discas, s. quod quibusq; pro consuetudine, superflua per hæmorrhoides euacuantur, h̄i oēs vitam morbis minime impedita agunt: qbus item inanitiones supprimuntur, h̄i in pernicioſissima quæcūq; labunt. Vtrum igitur neq; horum vbi vel synanche vel peripneumoniam incurrerint, sanguinē euacuab; aut potius ne desciscere videaris ab ijs quæ perperā dīdicisti, tot hominū interitum paruipendēs? Tu sortalsis hoc facies: ego autem non hæc solū, sed etiam spasmū hydropeq; sanguinis euacuatione səpius sum medicatus. In hunc, n. modum eruditū me tum longa experientia, tum ratio ipsa, quæ mihi suggestis ut occasionem ipsam, cū usq; momentū sic inuestigarem. Quod autē experientia quoq; istud me docuerit, si empiricorum cōmentaria legeris, scire poteris.

*Communi hominum nature, ac brutorum quoq; animalium cōfusione, Erafistratum, ac omnes, qui venæ sectionem paruipendunt, aduersari.*

C A P. 6.

N Egitur in posterum cum Hippocrate solo (quod euacuationē sanguinis laudauerit, cum vel in tremorem, vel in hydrope, vel in alium quēuis frigidū affectum, mas quidem ob hæmorrhoidum, mulier vero ob mensū retentionē inciderit) tibi controversiam futuram rere, C sed & cum vniuersis medicis qui experientiā sectantur, vel potius cum vniuersa hominū vita. Videris, n. tu cōmunem oīum subuertere sententiā, præsertimq; si neges quod à natura cuicū insitum sit, vt considerare possit sanguinē ob nimiam multitudinē euacuandum esse. Quis, n. contraria contrariorū esse remedia ignorat, vt q; sententia hac non Hippocratis tantum, sed omnīū hominū cōmuniū sit? Tu vero præ odio quod aduersus Hippocratem concepisti, mea quidem sententia etiam alij multo es dementior, idq; cum habeas naturam te ad hæc ipsa quotidie manu ducentem: nam hæc inediā adiectio, ac repletiones euacuationib; & frigus calefactionib; caloresq; refrigerationib; curat. Quid enim aliud est offerre cibum, q; plenitudinem sup- dītare, quid rursus excernere facies, q; intestina repleta exinanire, quid item meiere, q; repletioni vestīa mederi? Pleraque enim animantia frigore lacescit, latebras ac calidos specus in penetra- libus terra sibi inuestigant. Aliqua etiam astatī tempore calore anhela, sese in aquam frigidam coniūciunt, & in vmbrosis locis ventoq; peruijs immorantur. Ego præterea frequenter vidi canem, vomitū sibimet studiose prouocantem: auem quoq; aegyptiā clystere imitata: quæ omnia ab hominib; vt qui ratione compotes sint, multo faciliorē conatu perficiuntur. Accerse ergo hominē quempiam rei medicae expertem, ad agrorum qui bona sit habitudine, iuuenis, D multo abundans sanguine, quiq; præ synanche aut peripneumonia suffocetur, postea hominē interroga siquid cognoscat quod hūic affectū succurrere possit. Quis adeo demens est, vt sanguinis euacuationem non pronunciet? Ceterum Erafistratus ob contentionem quam aduersus Hippocratem præ se fert, ne id quidem, quod cōmuniū omnīū hoīum suffragio receptum est, p̄bare videāt: & capropter reperitur vel grūibus ipsiis insipientior: has siquidem aequē atq; aquilas, præ longo vſque ad vltimos terrarum volatu, partim frigis, partimq; aestum euitantes, quō contraria contrarijs semper propulsent, videre licet. Atqui, vt & antea dicitur est, perspectū habere q; ijs euacuandū sit sanguis, qbus ex eius multitudine periculū imminet, id præstantiam artis Hippocraticæ nondum aequat: ego, n. tum qua ratione, tum quo tpe, quāue quantitate euacuatio instituenda sit, mihi declarari mallem. Scire nancj qñ vel venam quæ in fronte est, vel illas quæ in hirquis oculorū, seu sub lingua existunt, vel quæ humeraria vocatur, vel subalarem, vel quæ per poplitem penetrat, quāue prope talum adest, incidere oporteat (prout de his omnibus Hippocrates docuit) hoc ipsum ego ratiocinationem medicorum arbitror esse. Verum quod con- traria contrarijs medeanda sint, quodq; euacuatio repletioni opponatur, tñ abest vt admirer, vt etiā huiusmodi cogitatione bruta animantia participare dicam. Si aut̄ auribus apertis, aut animo potius, ac deposita erga Hippocratem simulata, veram rationem amplecti volueris, aliquid iam Sexta Classis.

b b b b b quod

quod illius arte dignum esset dicere tibi possem. Eousq; n. Diocles Pliftonicusq; ac Herophilus, & Praxagoras atq; Philotimus, necnon alijs medicis permulti inter se consentiunt, q; ipsi qdem non p se, verum diuinum Hippocratem secuti repererint, quo tpe qualibet venæ, quas supra cōmemorauit, incidendæ essent. Cæterū q ab atra bile habitis similiter hæmorrhoides conferant, etiam si istud Hippocrates perspicue docuerit, non tñ oës sciant, sed quicq; syncere in illius scriptis ver sati sunt: hi soli, n. quomodo hæmorrhoides, dysenteria ac varices fiant ab ipso perdidicerūt. Item q non semper horum vñ quodq; si existat, prohibendum est: sed q qñq; coadiuvandum: vel natura quiescente (qñ sic confert) ei totum cōmittēdum, adeo ignorari illi, qui dysenteria varicesq; & hæmorrhoides imature præproperēq; medicari discunt, vt & ea moliantur que facere nequaq; debebant. Porro ego quoq; vidi non paucos ob huīusmodi euacuationes, quæ medicorum im pertia cohītæ fuerant, aut atra bile, aut infanía vexatos: quorum aliqui quoq; tum intercostal inflammatione, tum renalí dolore correpti sunt: nonnulli vero ex alio sanguinem vomebant, aut eundē tussiendo ex thorace spuebant, aut attonito morbo aqua ue intercutanea interibant. Hæc illa sunt, quæ mea qdem sententia medicus vñ cū præclara euacuationis arte cognoscere debet.

*Sanguinis missionem non modo non prohiberi, quia vacuandi sanguinis quantitas igno retur, sed cæteris uacuationibus omnibus certiore mensuram, ac tutius auxiliū præbere.*

CAP. 7.

**Q**uantum autem de sanguine exuperante euacuandum, idq; cum non sit magni momen ti, cur Erasistratus tanq; ex magnis quoddam contempsit? Aut cur homines illi aduersus omnes obstrepare paratisim nugant, cū illi incusent, dicantq; euacuationis perinde atq; aliorum auxiliarum rationem ignorasse? Aut cuīusnam, per deos immortales, illum adeo exquisiti te tenere mensuram arbitrantur, vt neq; exceedat in quantitate, neq; deficit in quamnum clysteris, aut purgantium medicamentorum alicius, aut vrinam cientium, vel cibū vñlius potus uer Tepus itaq; effet ipsi, vt pote oia suspicione infesta reddentibus quiescere omnino. Aut cur ergo Erasistratus purgantibus medicamentis vtur, ac vñnum aqua frigida dilutum, tum alijs quibus dan, tum maxime cholericis exhibet, Chrylippumq; præceptorem suum, vt qui inuenierit præsidium nulli veterum cognitū, quodq; & solum cholericos iam morti proximos restituere possit, his verbis satis inuidiose laudat. Non etenim quoq; rēpore id præbet, sed vñsum auxiliū huius ad occasionem vehemēter præcipitem traduxit. Ego vero hac in re ipsum non accuso, præsertim cū tam absolute oia quæ ad occasionem spectant, disquirat. Illud tñ in eo quis demirari possit, quod si quando Chrylippum quicq; doceat, tum, vt ex verbis eius colligere licet, vehemēter sit audax, G nihilq; ipsum prorsus neq; momentum occasionis, neq; mensuræ difficultis coniecta, neq; affectus periculum pterrefacit, sed putet adeo exquisite simul clareq; illum & mensuræ & occasionis rationē docuisse, vt decreta sua non medicis solum, verum & popularibus vñsi futura arbitretur. Atrursum cum ex veteribus medicis aliquem ob rerum inuenta latidare opis habeat, illi vnde quacq; tergiuersetur. Age ergo declarēmus illis, quod mensura in venæ sectione multo facilius comprehendatur q; in cæteris quibusuis auxilijs. Nam & coloris mutationem sæpen numero dispice re licet, hocq; duobus modis fieri potest, interdum quidem sanguinem ipsum fluētem, interdum autem ægotum considerando. Ad haec animi quoq; defec̄tio in plurimis affectibus vacuationis terminā obtinet, sanguinis item fluentis vigor labefcens, & pulsus mutati. Adeo q; & medicus huius solius euacuationis liberam habeat facultatem sistendi quandocunq; illi placuerit, aliorum autem nullius. Nam vbi dandum sit aliquid medicamentum, siue deiectoriū, seu vomitorium, seu vrinarum euacuatorum, aut thoracis vel capitis purgatorium, horum scilicet omnium prima exhibitiō in tua potestate sita est, cætera autem fortuna admīstratrice obtingunt. Ingens præterea in propinationibus pharmacorum periculum est, cum vel non commouetur purgatio, vel quod in aluum attractum est, non facile excernitur, vel cum dolore, morsibus, torminibus, refri geratione, pulsū evanescentia ac animi defectū exprimitur, vel cum corpus vehementer perturbatur, interimq; paululum admodum euacuator, aut euacuatio modum exedit: hoc enim ipsum tanq; omnū malorum extremū in hac parte frequenter contingere solet. Neq; n. vt venæ incise fluxum, quæ superimposito dígito mox fistis, sic profluuium alii tibi fistere licebit. Veritamen nemo ex medicis superuenientium symptomatum metu perculsus à propinatione pharmacorum absinet, sed postq; errorem commiserit, tum denum cauedum sibi ab illorum vñsi proponit. Sed quid ego purgatoria refero, ac in enarratione fortium medicamentorum tempus tero, cum & cibi cuiusq; in meliora erratū maxima afferat nocimēta, quorū magnitudinē in extenuatis & imbecillibus hoībus, quiq; celeri nutritione agent considerare facile possumus. In his, n. si quid minus æquo nutriat, virtutem tabida redet: contra vbi quid modum exuperans naturæ oneri potius q; nutrimento fuerit, illam penitus suffocabit, extinguetq;. An igitur à cibis exhibitione abstinebis, eo quod mensuram illius non sine negotio asequi possis? Atqui ea quoq; ratione à medendi prouincia penitus abstinebis, nihil, n. in medica arte reperias, quod nisi certa mēsura vñsurpatū prodeſſe poterit. Cæterum in sola venæ sectione ne hoc quidem culpare queas. Proinde errata, quæ vñq; circa mediocritatē contingunt, non paruæ noxæ sequuntur, maximeq; quia excellus perni-

F

**A**pernicioſissimos esse nemo neget: verum in quo minus periculum est, in eo excedere modum non fuerit necesse. Sít, n. si ita fors ferat, mediocris detractio trū heminarum, vbi si quatuor detraheris, noxam maximam inferes: duas rursum si euacuatoris, cōmodabit qdem id satis, laſionis vero nihil afferet: licebit nāq; tibi vnam illā heminā vel clysteribus, vel inedia, vel frictionibus, vel sudoribus exhaustire, præterquā q; & denuo detrahere si voles, non vetaberis. Sed qua ratio ne ego tam multa in medium affero, contendere cupiens cum hoībus infulsis, qui ad hoc q; nihil rationi consonum loquantur, etiam ea ipsa non agnoscant, quæ ipsimet laudib; effere solent. Admirantur, n. dicta Erafistrati, ac nomen sibi ab illo vendicant, Erafistratæs se appellantes: verum documentorum illius adeo ignari sunt, vt quiduis potius q; sententia illorum endare valent. De venæ ergo sectione tam prolixa tamq; absurdā nugantur, vt iure optimo quis nō solum imperitiam illorum, verū etiam impudentiam detestari possit: quippe cum Erafistratus in libro de sanguinis refectione, in quo solo venæ sectionis meminit, aperte dixerit, q; Chrylippus ob id non vtatur detractione sanguinis, quod æger qui propter inflammationes necessario in inedijs contineatur, perdurare posuit. Ipsi tñ nihil minus q; hoc dicunt. Aut vis'ne ea gratia vt homines hos Erafistrato obrectantes in posterum quoq; audiamus, idq; cum verba Erafistrati in promptu nobis adſint: atqui hoc nequaq; æquum est. Audiamus ergo dicta ipsius, vbi ait: Multo consul tius agebat Chrylippus, non solum q; præsens erat inspiciens, sed & impendentis periculi curam agens. Hæret, n. illi quod in refectione contingit ex inflammatione periculum, in quo offerre non facile est. Ei vero qui post venæ incisionem longo tempore sine cibo permanerit, periculum est: ne dissoluatur. Aperte, n. illum à periculo, quod ex inedia accidit, cautele dicit, illudq; necessario fecuturum putat, quia æger ob inflammationem fame longo tempore sit excruciatu.

*Perperam Erafistratum in euacuatione, ac reuulsione, quæ in inflammationibus medentur, inediā venæ sectioni prætrahit.*

CAP. 8.

**H**ic quoq; nihil moror Erafistratæs blatterantes cur ille hominibus inflammatione laborantibus nihil offerre iuſſerit, verum ipsum Erafistratum per verba, quorum antea mētionem feci, semet interpretantem habeo: ex tertio nimirum de febris, vbi de inflammationibus quæ ex plenitudine fiunt, differit, & ex primo de vulneribus. In vñscq; n. cōmentarij non semel, sed saepe venas quæ inedijs exinanitæ sunt, vt sanguinem affluentem denuo recipiant, aptiores fieri dicit. Quid, n. ait: His vero consequens est, vt vulneratis inflammationis tempore nihil offeramus: venæ, n. cum à nutrimento exinanitæ fuerint, sanguinē qui in arterias transiliunt, facilius suscipiēt.

**C**Inediā ergo tanq; euacuatorum auxiliū quoddam inflammationes discutit, eamq; neq; alia de causa inflammatione laborantibus iniungit dicit, q; q; venæ euacuate sanguinem in arterias insi lientem sic facilius suscipiant. Deinceps vero cum venas euacuare velit, possitq; id, ita me Dij ament, sine molestia villa celeriterq; perficere, longos ille insumit labores. Verum ego non video quo pacto seipsum quis implicando magis prodere possit: Non secabo, inquit, venam, vt æger ad sustinendas inedias sufficiat. Porro cuius rei gratia inflammatione correptos fame excrucias: vt, inquit, venas exinaniantur. Cur ergo eas à principio non euacuasti? Proinde pudet me iam hominis qui in tam grauiā errata inciderit, qui præter hæc, quibus tum perficūs ipsius artis decretis, tum suis propriis rationibus repugnat, etiam hoc ipsum ignorare deprehensus sit, qua de causa inediā suscipiantur: quanq; de vñ illarum multo antea Praxagoras sati copiose clareq; scripsit, tum Hippocrates & Diocles, quantum ad hoc spectat, nihil prætermiserint. Hic vero ita rudis est, vt inedias solas ad venarum euacuationem affumēdas, eaq; sola ratione laborantibus succurrendū putet: deinde, p Louem, euacuatorio remedio opus habens, neglectis efficacib; illis, quæ ue quoctūq; quis velit, celerrimeducere possint, ad omniū leuissimum transeat. Verū age concedat tibi & hoc, quod inflammationes ex vulneribus medicari eodem modo possint, quo & illæ quæ ex

**D**multitudine pendent, quid tandem faciemus cū multitudine ipsa quæ in venis etiā manēs eas extendit: aut etiam cum eadem in arterijs impacta fuerit, quonam pacto illi succurrendū sit? Ego sanè in huiusmodi oībus venæ inanitionem summe idoneam esse arbitror. Incubat ergo in thoracem tanta multitudine, vt periculum sit ne aliquid vas in eo rumpatur, num vel sic venā non incidemus, aut membra potius laneis vinculis excipiemus? Illi quidē istud mediūs fidūs sufficerit, qñquidem cum his loco reuelliū præsidij vtendum censeret, non intellexit venæ sectionē in reuelliendo multo esse efficaciore: plurimis enim irrestringibili sanguinis profluio laboratibus, vena secta fluxum sistimus. At Erafistratum hoc quoq; ignorasse existimo, nam non cuīusvis hominis est sciē quæ venæ, cum ex aliqua corporis parte sanguis profluit, incidendæ sint. Postquā igitur venæ sectionē efficere quammaxime ea omnia potest, quibus hoc tempore indigemus, illum sani euacuationem vñ cum reuulsione prætermisſe certum est. Quid ergo tu amplius cessas, tempusq; inaniter insumis, & hominem confidis, cum possis illum vindicare, & à valorū ruptura, & quæ illam insequitur inflammatione, & à famis cruciatibus, qui inter remedia inflammationis à te instituuntur? Si, n. multitudine rupturā efficit, tu illa euacuata id quod futurum erat prohibebis: quod quidem si feceris, etiam ex ruptura inflammationem de medio tolles: hac rursum sublata non amplius inediā vñs nobis erit amplexādus. Tu autē eo quod inediā cuiq; consilere cupis, vi Sexta Clasis.

b b b b b b ij deris

deris mihi ipse met affectum qui inedia opus habeant author existere. At fortassis graue tibi vi- E  
debatur, re quæ laudebat exinanita, nihil negotiū deinceps praestolari.

*Inter remedia que multitudinem emendant, nihil uenæ sectione præstantius, qua omessa Erasistratum neq; inedia neq; reliquis euacuatorijs præsidij vti potuisse.*

C A P . 9.

**S**ed frustra ego forte tantum laboris infuso, quo præsentem hunc sermonem tibi in memo-  
riam redigam. Sanè enim tu ipse nos docuisti in primo de salutaribus libro, vbi de multitudi-  
nis generatione quæ in venis consistit p̄fatus, illius quoq; remedia ordine scribis, euacuationis  
scopum quidē omnīū ipsorū statuens: aliud vero illius genus, alij affectū conferre inquiens.  
Præterea quæ exinaniant repletione hoc est plethoran, (sic. n. alimeti in multitudine in venis conge-  
stam appellandam censes) tum exercitia, tum lauaca copiosa, tum ipsam tenuē vietus rōnem esse  
iubet. Nec idem euacuatorum auxiliū cunctis conferre dicit, vt quod necq; omnes omnium  
illorum viui simul affuefacti sint: sed alijs lauaca, alijs rursum exercitia, nonnullis item vomitiones  
a cibo magis arridant. Ad haec quod non ijsdem morbis oēs obnoxij sint, verū hic epilepsia,  
ille sanguinis ijsputo, alter etiam vel hepatis, vel lienis affectibus facile corripit possit. Nullo igitur  
pacto epilepticum quenq; balneis euacuare attentabimus, id quod tu quoq; caudendum recte putas.  
Etiam vero neq; sicuti de vasis in thorace ruptura timor instet, huic exercitia iniungemus: pe-  
rículum enim est ne illorum vehementia, etiam si non adsit multitudo, ob virū tamē imbecil-  
itatem ipsius excentis vena aliqua circa thoracem rumpatur. Qua ergo ratione illi succurrere  
debeamus, quæ nos edoce: siquidem quod euacuandum sit vel tuipse fateris, hincq; adeo euacu-  
atoria illa præsidia, hoc est exercitia, lauacaq; frequentia, & tenuem vietus rationem abs te ha-  
bemus. Caeterum exercitiis ne tuipse quidem vti putaueris. Quod autem ad lauaca attinet, vten-  
dum ne his in rebus sic affectis, an nequaquam vtedum sit, tu planè nihil pronunciasti. Ego vero  
illud quod euidenter appetat experientia corroboratum, aperte dicam: tum si de te quoq; vatici-  
nari mihi licherit, quod tibi forte viſum fuit, aperiā. Tu enim ipse in tractatu de sanguinis reie-  
ctione, deligationibus, inedijsq; vteris, tanq; quibus solis plenitudinem reuellore, non autem bal-  
neis euacuare oporteat. Arbitror namq; te vbi vena iam rupta sit, lauaca inhibetur, cum inté-  
rim reticueris si vbi futuræ rupturæ suspicio adsit, vti illo velis. Porro vt tu aliter sentias, mihi ni-  
hilominus euidentis illud satisfacit, quod vniuersis sanguinis fluxionibus ex balneo maxima no-  
xa contingat: & causa huius perspicua est: Sanguis siquidem calido lauacro in vapores resolutus,  
ac in spiritus redigitur, proptereaq; ad motum incitatur & in tumorem attollitur: ad hæc corpo-  
ra calidis lotionibus, mollia debiliaq; efficiuntur. Qui igitur fieri possit, vt cum ipsa iam molliora G  
effecta sint, isq; qui ea rupit, motum simus tumoremq; nactus sit, non facile afficerentur. Prænde-  
haudq; per balnea illos euacuare conabimur, quibus ne propter multitudinem sanguinis venæ  
rumpantur, periculum impedit. Reliquum itaq; est, vt ad tertium euacuatorum auxiliorum  
genus, puta tenuem diætam, confugiamus. Age sanè postquam hanc quoq; tribus modis operatus  
fueris, nempe tenues paucos ue, aut nihil nutritientes cibos offerens, vel nequaq; offerens, vel à  
coena vomitum protocantes: Atqui si modo quadanterus ipsis vomitionibus intrepide vti vo-  
lemus, sic exercitorum vehementiam nos evitare oportebit: hoc enim neq; plebeium quenq; latet. Supereft ergo vt vel inediā præcipiamus, aut pauca nutritionisq; expertia alimenta exhibeamus. Verum haec quāvis non insigniter, nutrīunt tñ & ipsa: nos vero non addere aliquid, sed  
auferre potius cupimus. Ultimo igit laboriosam illam ac re vera pernicioſam, æque atq; sacrâ alti-  
quam ancoram, quæq; oībus affectibus opitulari possit, famē accersemus, ac deinceps & Apollo-  
nium & Dexippum ea gratia maledictis incensemus: At hī te recordari percuperē illorum quæ  
ipse de hac re docueris: nā tuipse de inedia sic videris sentire, tanq; ea ex numero euacuatorum  
auxiliorum nequaq; esse possit. Verum simulaç p̄tius quod volo demonstrauero, tum & testimo- H  
niorum quæ adducis, faciā mentionē. Nam inedia inter res existentes nullū obtinet locū, nihiloq; magis subficit q; vel cæcitas vel surditas, quæ oīa rerū existentium priuationes sunt. Ipsa. n. ciboru  
adiectione ex rebus consistentibus est, vnde & hanc opusq; eius, corporis nutritionē esse inuenies:  
rursum substractio eorundem, non eadē cū rebus existentibus est. Nec etiam proferre poteris ali-  
quod opus illius, qualis. s. illa est quæ in sudoribus venæq; sectione ac clysteribus contingit euacuatio, necnon in edulis nutritio. Media igit amborum, hoc est euacuationis & nutritiois, inedia  
est, vt quæ neq; nutritiat, neq; euacuet. Quāobrem ergo ille multos ob inopiam ciborum famis tem-  
pore interisse dixit: Non mehercule ob inopiam ciborum respondebimus, nam eadē quoq; ratione animantia in latebris degētia sine ciborum copia pdurare nequaq; possent. Perdurant vero  
haec, idq; ipsomet Erasistrato afferente, quæ & causam huius rei assert. Vnūtersa nanq; aīalia p ex-  
teriorum cutis superficiem, secundū quod magis vel minus de raritate participat, transpirare ait.  
Quod autē vel magis vel minus rara superficies contingat, tum multas alias causas esse, tum illas  
non minimas, quæ secundum caliditatē & frigiditatē, ac quietē motumq; corporum permutatio-  
nes fiunt. Sí. n. quī nos ambit aer calidus exīfit, & animans exercitijs vacauerit, plurimum tūc ex  
eo defluere contingit. At in contrario rerum statu, vbi videlicet ambiens nos frigidus, insuperq;  
animal

A animal sine motu degat, densarī illico exteriorem superficiem, defluereq; nihil prorsus aut vnde-  
quaq; parum: & ob id feræ quæcunq; latibula incolunt, alimentis opus non habent. Cum. n. hæ  
sub hybernum frigus, quo tempore in cavernis commorantur, toto corpore frigidæ segnesq; ac  
densæ ob quietem redditæ sint, & exterior superficies iam adstricta fuerit, nihil tunc defluere par-  
est, neque etiam quod euacuum est, repleto indigere: alioquin nutritio opus haberent, ad  
quod inuestigandum eapropter incitantur, quod defectui, quem ex inanitione perceperunt, opem  
ferant. Patet ergo hinc q; & euacatio, quæ in tota superficie contingit, defectus sit causa: & indi-  
gentia ciborum ideo incumbat, quia quod inanum est, repleri denuo desideret. Atqui posteaq;  
causa defecerit, ob quam solam animalia cibis indigebant, necessarium omnino est, vt & indigen-  
tia ipsa vna deficit: atq; ea de causa animalia latebras incolentia sine cibis degere possunt, siquidem  
neq; adiectione indigent. Manifeste itaq; didicimus, q; non inedia, sed portius raritas cutis  
euacuet, quam si frigore atq; quiete densaueris, quid cōmodi amplius ex fame expectabis: Præte-  
rea cui de sanguinis ijsputo periculum imminet, necessario tum exercitia, tum oēs supercalfactio-  
nes evitanda erunt: ex vehementia etenim horum venæ rumpi plerunq; possunt. Super calfactio-  
nes item hisdem modis quibus & lauaca obsunt. Corpus ergo citra vllam calfactionem euacua-  
b̄: si. n. id vel lauacris, vel exercitijs calfeceris, ipsas venas ad ruptionem dudum inclinatas maio-  
rem in modum lades. Quæ ergo sic affectis consulendi ratio nobis supereft: Inedia nanc nisi ho-  
minem exercitari, aut quoq; modo calferi contigerit, euacuare non possunt: venæ vero sectionē  
velut & alia fortiter purgantia medicamenta, quemadmodum manifeste apparet, summe arbit-  
ror fugimus. Hæc est illa admirabilis sanè euacuantum præsidiorum opulentia, qua abundant  
hi qui ad inediā configurerunt, quaq; sola si vtemur, iam nobis nihil reliquī fecimus, vt quod sola  
euacuare nullo modo possit, rursum quibus adiuncta euacuat, capsa maiores longe noxas quam  
commoda ex euacuatione portendunt.



## GALENI DE VENAE SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATÆ OS

C

Q VI ROMAE DE GEBANT LIBER,

Iosepho Teclandro Cracouensi interprete.


Denuo ad Græcorum exemplarium fidem recognitus.

ARGUMENTVM LIBRI.

Ostendit nunq; vsum fuisse Erasistratum uenæ sectione, & quod cum id non intel-  
lexissent eius sectatores, tum inuicem sunt aduersati, tum in  
grauiſsimos errores inciderunt.

Quibus de causis Galenus Erasistratœ Romæ coactus est redarguere.

C A P . 1.



Vm Romam initio venissem, incidi in medicos quosdam, qui à venæ  
sectione tantopere abhorrebat, vt cū aliquando æger quispiam pro-  
pter plenitudinem fam præfocaretur, ne tum quidem hoc auxilio vti  
vellent. Præterea mulierculam quandam, quæ vīginti vniusq; annorum  
etatem agebat, ac ex menstruæ purgationis retentione faciem ru-  
bicundam obtinebat, tuſiebatq; paululum, & difficulter spirabat, illi  
curare adorti, primum quidem membra illius laneis vinculis leniter  
excipiebat, & in inedia exigere iubebant, venam autem fecare nole-  
bant, nosq; id facere volentes, phisibant. Quia vero domesticis ipsius  
mulieris familiariter vtebantur, & etate me erant multo superiores,  
facile ipsis est habita fides. Ego quidem illis venæ sectione tum temporis suadere non constitue-  
ram, interrogauit tñ num mihi p eos liceret sanguinē ad vias vteri, remedij quæ hoc efficere pos-  
sent, puocare: quod cū illi concederet, illico adī familiare ipsius ægrotæ obſtetricē, quā & exhorta-  
tus sum, vt vsum illorū experire. Verū illa remedij huiusmodi, tpe quo factum id oportebat,  
vsum fuisse se affirmabat, qñ. s. mēſtrua purgatio futura in expectatione erat: recitabatq; remedia  
ordine, quæ mulieri obtulisset: & hæc quidē cōmoda alioqui erant, eamq; ob rem quo minus effi-  
cacia fuissent, nequaquam illorū imbecillitate factū esse videbaū. Postq; igitur ego ista perceperisse,  
Sexta Clāſis.

bbbbbb iii simulq;

similq; à retentione sanguinis quartum iam mensem præterisse animaduerterem, dehinc cum E medicis illis congressus, ut ad venæ sectionē se se conuerterent persuadere eis conabar. Cum autē id facere noluisserit, illorum animū demirabar, maximeq; quia eniterentur, vt omni conatu apertis circa vterum venis q̄ plurimis sanguinē superfluum illinc euacuarent: si vero alia quæpiam vena fecaretur, noxiam ex eo euacuationē euenturam arbitraeretur. At his respondentibus, q̄ vel abfc; talis auxiliū præsentia sanguis exuperans sola inedia euacuari posst, taciturnus discedebam, nihil bonæ spei de muliere, ppter tuſsim ac spirandi difficultatē concipiēs. Aut. n. rupto vase ipsam ex thorace pulmone ne sanguinē sputto electuram, aut synanche, vel laterali inflamatione, vel peripneumonia correptam iū premeditabam: optabamq; votis oībus, veluti in delectu malorum fieri contingit, vt mulier laterali faltem inflamatione laboraret. Incuriebat quippe mihi terorem tum vehementia periculi, quod ex synanche peripneumoniaq; subitura esset, tum ex ruptione vasis in pulmone letale nōcumentū, id quod postea re ipsa est subsecutum. Dum. n. illa vehementius tuſsi ret, sanguis etiam vna extorsum ferebatur. Atqui iam vel vulgo nō pauci medicos obiurgabant, q̄ illi mulierculæ venā incidebat, sperabatq; oīno futurū, vt etiam si id prius nō fecerint, hoc tñ tempore verecundia ducit, vsum præfati auxiliū concederent. Cæterum cum hi neq; tum quicq; cōmouerentur, sed potius vincula mēbrorum fortius adstringerent: iuberentq; vterum re F medijs irritare, ac mulierē inedias sustinere, ego & ob ætatem & celebre nomē virorum, nihil me amplius profecturum credens, illinc discessi. Mulier quoq; ipsa nō ita multo tempore interfecto, insanabilis spirationis difficultate coercita interiit. Synanchic præterea nōnulli vbi eis à venæ sectione interdicti esset, istorum opera perierunt q̄celerrime. Fuit & alter quispiā, qui veris tempore, cum totam hyem magnopere repletus sine exercitiis degeret, ac totam faciē vñācum ipsi oculis adeo rubicundā haberet, quēadmodum si quis pronus capite in terram defixo, cruribusq; in altum protensis sub huiusmodi figura persevereret, quinto tandem die præ anhelitus difficultate suffocatus est. Hos etiam infœcta est mulier, numero quarta, quā illi venæ sectionis hostes, retenzione menstruæ purgationis non paucō tpe grauatam, eodem pacto ad interitum ferè pertraxerant. Nam primis tribus diebus ipsam in inedia conseruabant, febri. n. continua laborabat. Quarata vero luce pauxillū quid sorbitonis exhibentes, quintam sine cibis transfigere iusserunt, in qua illa grauissime exacerbata desiliens profiliabat, & clamore iam extra fores ab illa sublato, vix tandem ab his qui eo confluxerant retineri potuit. Verum hanc natura copioso sanguine ex naribus effuso seruauit: & dabat occasio qua non sine admiratione discere poteramus, quantam habeat facultatem ad huiusmodi affecturum medelam ipsa sanguinis subtractio: mox. n. post sanguinis ē na G ribus prorruptionem mulier ab oībus symptomatis libera eausit. Ego vero, quanq; antea sermonē cum medicis instituere veritus fueram, q̄ ea considerarē quā illi pro non admittendo venæ sectionis vſu dictūrū suissent: cum tñ oīs animaduerterent mulierem manifeste ex sanguinis euacuatione seruatam esse, saltem mortuos illos ad memoriam eis reuocando duxi, quibus siquies venā se cuisset, forte suissent & ipsi seruati, afferebantq; ad hæc rationes quasdam. H̄i vero verba vltro citroq; intuolentes seipso implicabant, nihilq; prorsus certi statuebant, ac postremo ad Erasistratum configiebant, quem vt pote primo de reiectione sanguinis libro dicebant declarasse, quod vincere ipsa mēbra, q̄ venam secare longe præstaret. Aiebant præterea illum in opere quod de febribus inscripsit, venæ sectionis neq; à principio meminiisse, cum alioqui ea oīa recensuerit quæ de sanguinis reiectione indicauerat. R̄idēdus. n. modis omnibus esset, si venæ sectionē in eo affectu qui ea maxime indigere videbaf omessa, de alijs verbis facere non destituisse. Asserebant quoq; q̄ Erasistratus ipse non solum in opere de febribus, verum & in reliquis tractatibus omnibus, venæ sectionem reticuerit: neq; etenim vel in quo de affectibus alii tractat, vel in quo de resolutionibus, vel vbi de podagrīis morbis differit, aut cum de salutaribus agit, venæ sectionis auxilio vſus est vñquam, idq; cum ille in de salutaribus tractatu sanguinis multitudinem præcipuum morbo. H rum causam esse arbitratus sit. Porro ego ea quæ dicebant iterum demiratus, illos de hac saltem re interrogabam, num prorsus venæ sectione non vtendum censerent, vel cum quis pulmonis vlevatione laboraret, vel synanches more præfocaretur, vel vbi menstrua purgatione, hæmorrhoidibus ue supressis sanguis redundans ad partes thoracis propelleretur. Illi autem ad hæc respondebant, ægrotos qui ab Erasistrato in commentarijs de diuisionibus descripti fuerant nobis in medium adducentes: inter quos in primis Critonem quendam, ac puellam ex Chio oriundam proferebant. Et q̄ illum quidem à principio synanchicis cruciatibus corruptum, atq; vehementer repletum, hanc vero menstruā retentis, sanguinisq; multitudine versus pulmonem impetu delato, Erasistratus (quemadmodum ipsem in scriptis testatur) per venæ sectionem nunquam curasset. Cæterum cum illi hæc adhuc loquerentur, superueniēs Teuthras quispiam ciuis & cōmilito meus, vt erat moribus planē ingenuis. Non flectes iſtos vñquam, inquit, vt qui eouſq; foliditatis processerint, vt & illos in memoriam reuocent, qui Erasistrati opera interiere. Quid enim inquit, aliud in cauā esse potuit, q̄ illi, quos nobis iſti proponunt, tam propere perierint, nisi quod in eis prætermisum sit venæ sectionis auxilium? Cur item alij permulti interierunt, qui per tēpus euacuari ab his prohibiti sunt? Et eos deinceps omnes vna cum ipsiſis affectibus, quos perpeſiſi fuerat, quorumq;

A quorumq; ego non multo antea memini, nominatim ordineq; recēsūt: ibi q̄ in cachinnum effusus manu me comprehendit, attrahensq; inuitum à medicis abduxit. Quin etiam in sequenti die Erasistrati de diuisionibus commētaria in publicum producta coram vniuerso philosphorum cœtu relegebat, partim vt indicaret Erasistrati culpa & Critonem & puellam illam Chiensem perijſe, partim vero vt medicos natū grandiores ad colloquium prouocaret: verum illi quia decertare cum adolescentiū infra dignitatē illorū putabant, tum non comparuerunt: mos enim illo tempore erat, vt aliquis quotidiē palam ad publicas questiones responsa daret. Quæsitum ergo à quopiam fuerat, nū Erasistratus recte fecerit q̄ venæ sectione nunq; sit vſus. Hoc problema quādo ita vſum erat ijs qui eo audiendi causa conuenerant, ego explicavi: ppter eaq; Teuthras horabatur me, vt ea quæ illī locutus fuisset, puer quem fe ad me missurum receperat, dicitare non grauarer, quia vero breui in Ioniā ab nauigaturus erat, ardentioreq; animo velle se ea prorsus habere dicebat. Ego itaq; amici consilijs acquiescens, sermonem illum scriptis mandauit. Porro accidit vt liber per illum passim diuulgatus per multorum manus præter sententiam meam vagaret. Atqui oratio familiaris doctrinæ magis q̄ publico cuiq; operi quadrans cōtexta erat: amicus enim ille, vt prefatus sum, eā dicitari tñ cupiebat. Quanq; autē liber tam humili stylo conscriptus esset, B multisq; defectibus respectu perfectæ orationis scateret, tñ eoipso ille multo maiora effecisse videbatur, q̄ sperare quis potuisset. Omnes etenim hi, qui se se hoc tempore Erasistratōs vocant, contrarium priori rationē inēunt, iam inde venam secare consulunt, non solum cunctis his quos paulo antea cōmemorauit, verū etiam quauis febre correptis. Quapropter iuxta Stesichori dictum arbitror me apud illos palinodiam aliquā emeruisse, in qua eos cum primis admonēdos censeo, vt in sermonum cōmercio quātūcunq; velint contentiose se gerant, deposita tñ in vtrāq; partem, pensionis temeritate ægrotis parcere dican. Neq; enim venæ sectione inhibenda est per omnia, nec rursus illos, quibus Erasistratus inediā iniuungit, omnes (id quod huius tēporis Erasistratōi vniuersi afferunt) venæ sectione egere arbitrandum est. Huc accedit q̄ non facile cognitū sit quibus omnibus huius auxiliū vſus conferat: tum vel mensura, vel vena quæ secari debet, vel sectionis tempus non sine negocio reperiatur: proptereaq; illum in quoq; mōrbo Erasistratum puto adeo neglexisse, vt & in his qui eam magnopere requirere videbantur, ille ipsa vt̄i veterit. Et hinc sane per inflammationis tempus in inedia, vt aiunt, ægrotos degere iubens, hæc ad verbum scribit: Venæ enim posteaq; euacuatae fuerint, sanguinem qui in arterias insiliū facile suscipiant: quod vbi contigerit, inflammations minus accident. Si ergo inediā, inquietū illi, velut C eracuatoriū auxiliū præcipit, multo sane commodius ad venæ sectionem se contulisset: & quod quidem ipse, vbi celeriter euacuare cupit, multo commodius ad venæ sectionem trāſiſset, probe illi dicunt, nihilominus tamen hoc loco scopos qui illius vſum aliquando impediunt, pretermiserunt: sed hos ego processu sermonis recensere conabor.

*Quām dissentiant Erasistrati in ipsa Erasistrati de venæ sectione sententia percipienda.*

C. A.P. 2.

**Q** Væritur vero nū quid absolute factū prestantius sit, verū an Erasistratus prēsidium hoc aliqn̄ usurpasse reperiatur. Hoc autē cum ego Romā primum appulisse, omnes qui ex Erasistrati discipulis erant, antea negabant, nunc vero probatissimi quos ego noui, ab his tanq; in re minima discrepare manifeste animaduerteruntur. Ut enim ceteros p̄tereā, Stratone ipsum tibi in memoriam redigā, qui Erasistrato erat summa necessitudine iunctus, ac eā ob rem cum in patriam scriberet & seruuisse se illi haec tenus diceret, inter alia hæc subiungit: Erasistratus iure optimo laudibus extollendus est, præcipueq; quod ea omnia quæ veteres per venæ sectionē curare conati sunt, ille citra illius vſum medicatus est. Quāquam vel Strato ipse, curandī rōnes se absq; venæ sectione instituisse in commentarijs suis aperte fatetur. Neq; vero mirum est q̄ Erasistratus Chryſippū Cnidium in omnibus sequat, quippe qui statuerit se venæ sectione (id quod & D ille fecit) non vſurū. Idem quoq; & Aristogenes & Mediūs cæteriq; omnes, qui Chrysippi sententiā subscribunt, fecisse videntur. Quantū ergo ad ægrotatiū salutem attinet, multo melius est si credamus quod Erasistratus vſus sit venæ sectione: quātū autē ad huius seculi Erasistratōs, id non credere longe præstiterit. Extreme enim dementiē esset, si quis Erasistrati eapropter in affectibus paulo ante enumeratis venæ sectionem silentio præteriſſe putaret, quia ille alioqui venas euacuandas palam censeat, huncq; totius curationis scopum statuisse alīcui videatur, eo quod illū in quibusdam affectibus famē cōſulere animaduerterit: nāc aperte constat ifſud eueniēre his qui venæ sectionis auxilium, parem ipsiſis inedijs facultatē obtinere dicunt. Quod si tantundē nō valeat, & quasdam distinctiones necessario poſtulet (quas inuestigare poterit is qui exacte perdidicerit, qn̄ ipsam euacuationē vel per venæ sectionem, vel per inediā ſolam, vel per vtrāq; cōmodius facere liceat) iam euidenter ratio eos cōuincit. Scriptislet etenim Erasistratus distinctiones has, si mō, vt iſti volunt, venæ sectioni tribūdum quicq; putas: eoq; pacto oratio iſtorum in vtrāq; partē inclinando ſeipſam prodit. Sī nanq; hæc eadem facultate pollet, Erasistratus & in tractatu de febribus, & in alijs pleriq; quorum ſuperius commētini, de venæ sectione alīquid ſcribere non temere poſthabuit. Si vero venæ sectionis præſidiū eandem cum inediā dignitatē nō obtinet, non recte illi ſentiant, qui nos ex his quæ de inedia ſcripta ſunt, de venæ sectione quoq; cōiecturam

fecturam facere debere aūunt. Quanq; & in hac parte sermo ipsorum inediām inutilem esse indicans, seipsum denuo implicat. Nam si ob id inediās probamus, q; venis per eas evacuatis affectus minui cōtingat, multo hercule cōmodius fuerit, vt evacuatione semel adhibita ab inedijs abstineamus, vt que & egrotos ingēti molestia afficere soleat, & vigilias ac inquietudinē, orificijq; vētris afflictionem, tum succorū corruptionē, necnon alii atq; interdū vrīnā suppressionē inferant.

*Neq; in pueris Chienis, neq; in Critionis historia venæ sectionis ab Erasistrato habitam fuisse mentionem, sed utroq; quod ea omessa sit interisse.*

*CAP. 3.*

**Q**uod autē Erasistratus re ipsa venæ sectione nunquā sit vsus, ex egrōtis quos in cōmentarijs de diuisione recēsūt, manifeste colligere licet: in his enim cū omnia ea explicit et que inter medicandū vnquā gessisset, venæ sectionis nullib; reperitur cōmemorasse. Ceterū cum prolixum sit omnes per illum recitatos aegrotos nunc proferre, sufficit eorū tantū recordari, quū vel à grandioribus natū medicis, vt anteā declaratum est, adhuc in memoria habentur, præci pueq; cum vñus ex illis in priore, alter ītem in posteriore diuisionē libro descriptus sit. Præterea cōmoda occasio est, vt impræsentiarum verba ipsa adscribamus, quibus Erasistratus cuncta quæ circa aegrotos acta sunt ordine enumerat, in hūc modū in libro priore scribens: *Puellula Chieni* ea acciderunt: primum quidem illi purgationes longo tempore suppressæ fuerant: deinde subsecutæ sunt tussiculae, vna cū refectione pituitæ. Processu vero temporis & sanguinis vomitus superuenit. Tum quod ad circuitum purgationum attinet, interdū in quatuor, interdū duobus mēsib; redibat. Etiam ihsdem fermè diebus quibus purgationes fiebat, ipsa reiectio accide solebat, diebusq; tribus aut quatuor perdurabat. Quapropter inde perspicuū erat illam id genus excretiones loco purgationū sortitam fuisse: nam & febricula ijs ipsiis diebus infœcta fuerat: quæ pothac emendabatur. Hæc Erasistratus præfatus, deinceps de remedijis hoc pačto scribit: Primit autem temporibus ipsa potionibus ceterisq; calfactorijs, deinde etiam per extrosum applicata, reliquamq; adeo quæ ad hoc quadrabat vīctus rationem medicari accepta est. Erat enim circa vteri os non intensa durities. Verum cum remedia nihil oīno promouerent, ac vno ppetuo circuitu grauitas in lumbos incumberet, humiditasq; nulla cōpareret, illico febres continuae, intensioresq; priorib; exortæ sunt, quas & tusses vehementes, postq; corpus iam mollius factum eset, infœctæ sunt. Altera igitur die periculosem arbitratū durantibus adhuc febribus purgationes facere, à medicamentis penitus abstinūmus: reliquæ vero remedijis vñi sumus: quemadmodum & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Præterea ad medēdi rationem ipso purgationū circuitu obseruato, cibaria subtrahebamus, eaq; ratione reiectio sanguinis non amplius G q; semel eademq; pauxilla superuenit. His ille nihil aliud superaddidit, nisi: *Quinetiam purulēræ refectiones profluebant.* Atqui hic de venæ sectione mentio nulla est, cum tamen, prout omnes operum ipsius artis periti norunt, principium auxiliorum ab illa fecisse oportebat. Sed fortasse quis ex illorum numero, qui ad omnia non grauitatur prompte respondere, defensurus Erasistratum dicet, quod remedia huiuscemodi per illum administrata non sint, verū potius ab eo ea grātia nunc prodicta esse, quod nos nihil eorum latere posít, quæ acta esent. At opinōnem istorum redarguit id quod infertur, dum haec ait: Altera igitur die periculosem arbitratū duratibus adhuc febribus purgationes facere, à medicamentis penitus abstinūmus: reliquæ vero remedijis vñi sumus, quemadmodum & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Præterea ad medēdi rationem ipso purgationum circuitu obseruato, cibaria subtrahebamus. In his enim Erasistratus aperte indicat se non aliorum medendi rationem recitare, sed suam ipsius enumerare, atq; omnia quæ circa aegrotam fecisset prescribere. Nam & abstinūmus & arbitratī necnon, vñi sumus: ac, obseruato & subtrahebamus cibaria/alterum ex duobus manifeste declarat, aut quod Erasistratus propria remedia recitauerit, aut ea quibus alij vñi sunt, ipse fuerit amplexus. Porro si ea ample xus est, quorum alij authores fuerunt, iam nobis euidenter cōiectura colligere licet, quid ille de H venæ sectione senserit. Per ipsam enim ciborum subtractionem rursus nobis alterū duorum insinuat, aut quod illa in totum subtrahit, aut dīmūlū debeant, id quod Erasistratus se in muliercula hac aegrota, quo tempore purgationis circuitus aduentabat, fecisse fatetur. Cōueniunt ergo hæc in hac re cum omnibus scriptis illis, quod ille solam inediā aegrotis seruandam consuluerit, venæq; sectione nullo in loco sit vñus. Nisi rursus hīc alīq; dicant, multeri illi venam quidē sectam fuisse, verū id auxiliū in enarratione omīsum esse, eo quod nosip̄si id adhibitum esse autūmne possumus, quis per illum nō sit declaratum. Cur ergo de inediā quoq; nō reticuit, cum de illa vel eadem ratione nobis suspicari licebat? Eadē autē ratio est, tum de potionibus, tum de supercalfactione, deq; ijs quæ foris applicata sunt. Si enim neq; de his penitus Erasistratus quicquām scripsisset, tamen oīno quod ea à medicis peracta fuissent, cogitare poteramus: quippe quī animo conceperimus vñueris auxilijs illud cōmune esse, quod illa administrata fuerint, quāuis de eis nihil prescribatur. At Erasistratus exquisitæ perspicuitatis gratia oīa simul enarrare cōstituit, ne s. načta inde occasione aliquis, hæc quidem tanquam aegrotæ adhibita fuissent, adīcere posset illa vero velut iā prætermisla, subtraheret. Præterea quoque hæc Erasistrati enarratio, opinioni istorum euidenter repugnat. Si enim muliercula venæ sectionē subiit, inediā frustra est vñspata:

A vñspata: quin potius si veritas fatenda est, non frustra solum, verū etiam non sine noxa. Sed istud paulo post indicabimus: nunc vero illam frustra accersitam esse, vt explicemus, oratio ipsa postulat. Postq; enim per tempus purgationis, quæ circuitu quodam fieri solebat, sanguine ad superna perlato periculū immineret, ne mulier quādōc; sanguinem expueret, Erasistratus plenitudinē minuere cupiens, ad inediā se contulit: atq; hæc superuacanea plane est, si modo venæ sectio qua momēto temporis sanguinē superflui euacuare facilimū fuerat, accersatur. Proinde illi qui Romæ mulieres medebantur, rei quæ contigerat experientia maxime cōmoti, tempore quo eruptione menstruorum futura expectabatur, venæ sectionē vñspabant. Neq; vero quietē illis imperabant, neq; ieūnū, sed melicratū offerebāt, vītuq; humectante ac lauacris aſiatim vīti concedebāt. Ab his enim si vel mediocris q̄titate sanguis fuerit subtractus, purgationes cōfestim exoriri solent, p̄sersūtūq; si infra poplitē aut prope talum venæ sectio fiat. Sed è diuerso si quis venæ secti inediā sustinere imperauerit, non solum menses prius fluentes cohībebit, verū etiam purgationes quæ fam inculpe euacuabantur, reprimet. Sanguis nāq; ciborum inopia arefit, & denūlōr seipso redditur, eamq; ob rem ad fluendum ineptus euadit. Quæ igitur tum lotæ fuerint, melicratūq; & cibos idoneos assūmpserint, ac vīnum neq; austērū neq; crassum biberint, his purgationes proculdubio contingent, ob idq; ego inediās post venæ sectionem non frustra tantum, verū etiam non sine noxa assūmi dicebam. Ceterum venæ sectionem puellę illi Chieni nō adhibitam fuisse etiā ex his quæ superuenerant, patet. Sanguinis enim aliquātum expuebat, quē nequaq; expuisset si evacuationem experta fuisset: demum cum p̄ spirandū difficultate mortua sit, ne hoc quidem sic perpessa fuisset. Maximū præterea experimentum Romæ nostra temestate à venæ sectione est sumptum. Contigit enim cum vulgo mulieres aquā frigidissimā ex niue potarent, vt aut nullo pačto, aut prorsus diminute purgaretur, has tamen medicī venæ sectione adeo incolumes conseruarunt, vt neq; sanguinem spuerent, neq; lateralī inflammatiōne aut pulmonis, aut synanche caperentur. Non ergo puellam illam Chiensem ab Erasistrato per venæ sectionem curatā fuisse suscipiunt: neq; enim ipse cū alia quātūs enarraret, auxiliū venæ sectionis, tanquā rem parū momenti prætermisset. Neq; etiā ob inediā ille, hæc autē multitudine sanguinis p̄focata interisset. Sed de hac impræsentiarū ista dixisse sufficiat. Translato vero ad Critionem sermone, orationi huic verba Erasistrati adscribemus, quæ de illius affectibus fecit: sic enim habent: Critioni quidem repletio, initium aegritudinē fuit. Accesit ad hæc quidē in plenitudinē synanchiam iam inciderat, quæ sanè nihil aliud est q̄ pariflum orū ligulæq; inflammatio. Plerunq; ergo cōtingit, vt qui in eam inciderint, suffocentur, ac nisi celerrime illis succurratur, breui intereant. Cū autē Crīto quoq; in horum numero eset, prima quidem die illum more confueto spongias calfactientes medicati sumus, eoq; tempore cataplasmata illi applicata reliquimus, vt in curatione perpetuo esent. Exhibita etiā ei sunt catapotia ex castoreo ad alium ciendam, quæ his cōmode subducta es. Neminem non animaduertere arbitror diligentia narrationis omnium eorū quæ circa Critionem acta sunt. Nam & calfactionem per spongias factam, & vñsum cataplasmatum & catapotiorum retulit, adeoq; quod per spongias calfactas sit, manifeste declarauit, ac reliqua vt ordine gesta erant studiose enumerauit: de venæ autē sectione ex cōposito siluit, nempe q; auxilium istud ceteris vñliis putauerit. At tenuia illa quæ in his enarrationib; continentur, commemo rare mihi nunc integrum non es: quanq; Erasistratus ipse rursum paulo post ait, Apparebat itaq; nobis quod affectus ipsi ad pulmonem hepariq; permutari incepissent, & synanchis iam illuc deflueret, eoq; febres augerentur. Hoc loco affectū permutationem sine hypochondriū tensio ne factam esse arbitratus es: vñi itaq; diligentissime animaduertendum censeo, considerandumq; quale illud sit, quod tibi in dictione hac occurrat, qua affectus permutari incepisse ait: nū. s. id ad partes quæ inflammantur permutationes pertineat, an ad sanguinis qui inflammationem concitauit D transfluxum. Mihi siquidem primum ex predictis ne cogitari quidem posse videtur, alterū autē illorum verum esse constat: nam & ego multitudinē in aliquā partem decumbētem sapientis cohibui, quā illa propria virtute deinceps in aliam quātūs repellendo transponit. Istud ergo Crītoni contigisse appareat, verū etiam neq; tum temporis Erasistratus venæ sectionē vñquā meminit. Sed cur se totum thoracem vñā cum hypochondrijs ipsi, cataplasmatis fuisse ait? Quemadmodum enim ex partibus quæ circa ligulam & tonsillas sunt, sanguinis exuperantis permutatione ad loca inferiora fiebat, ita quoq; illo ex inferioribus ad caput sursum perlato, cōtingebat partim febres excitari, partim aggernerari symptoma, quo principium neruorum affectum esse indicabatur. Audi itaq; & hanc Erasistrati sententiam: Cum autem ab aegritudinē principio iam decimus dies adesset, ac ab instantia sextus, quo tum febris vehementi insultu rediit, tum obuersio ceruicis accidit, & vñā hora trāsc̄ta tanta insensibilitas hominē inuasit, vt & lotū per leđū emitteret: non multo quoque postea instantia febris aderat. Deinceps inferens ait: Videbatur itaque nobis quod affectus rursum versus caput permutari incepissent, ac circa hanc permutationem febris rediisset, quæ postea cum iam partes capitū vicinæ afficerentur, intensa permanebat. Atqui vel nos aduersus hominē sequenti sermonē insurgamus. Rectissime tu quidem Erasistrate dīcis, affectum permutationem ad caput factā esse inquiens: multo vero melius fuerat si nō quo- rūis

rūis affectuum, verum eorum qui à plenitudine causabantur, dixisse: vt enim corporis affectas **E** partes permutari incepisse nemo dicere posuit, ita neq; ipsos affectus. Arbitror enim quod multo consultius diceret, quieuisse quidem priores affectus, alios vero causa permutata exortos esse, quie in principio totius narrationis eadem ratione qua et repletio ipsa, aderat: quia si ipse euacuasset, neq; vñquam morbus earum rerum qua circa ligulam impate erant, permutationem ad infernas partes molitus fuisset, neq; è diuerso illae deinceps versus caput ferri potuissent. Quapropter Critonem hunc eodē pacto, quo & ancillula Chienis interierat, quia illi vena secta nō fuisset, mortuum esse cōstat. Sed istud quoq; Erasistratus ipse persensisse ar. inaduertitur: neq; enim aliam ob causam ait, quod huic in teritus causa fuerint ea quae ad pulmonē delabebātur, & quaeq; statim ab initio hominem plethorico affectu implūcium esse cognouisset, tamē maximo ductus errore haec euacuare non preuenit. Si igitur adstruere quisquam velit, Erasistratum, q; & peritissimus medicus esset, & affectus illos tum Criton ex repletione, tum pueras Chieni ob mēstrorum retentionem contigisse, compertum haberet, subtractionem sanguinis nequaquam pratermissee, quin potius vtricq; sanguinem subduxisse, verum id in enarratione consulto pratermissee: quid veta & me dicere, qualecumq; illud ex euacuatorijs remedijs sit, applicatum quidem ægrotis id esse, in enarratione nihilominus non esse recitatum? Ecquis enim sanè mētis medicus ferre **F** me nō posset, si diceret symptomata illa, qua vscp ad mortē apparebant, ppter plenitudinē illis accidisse, interitū autē ipsum nō alia de causa insecurū, nisi q; plenitudo euacuata non fuisset? Quis etiam ferret istos qui dicunt, q; ex his quae Erasistratus egisset, minuta tantū prescripsiterat: at de venæ sectione, eaq; que per elleborū, sc̄amoniā ue fit purgatione, quia hec auxilia per se clara sint, nullam mentionē fecerit? Atqui siquī sola cōmuni sententia, qua repletionē euacuandā esse indicatur, venæ sectionem significari afferat, vt quae etiam inter euacuatoria remedia annumeretur, quid inhibet eadē lege, alia cūcta euacuatoria prēsidia intelligi? Ne ergo amplius ab Erasistrato solam venæ sectionem egrotis adhibitam esse dicant, verum reliqua quoq; cuncta, puta clysteres, vomitiones, purgationes, lauacra, exercitia, frictiones, gestationes, inunctiones, calefactoria, cataplasmata, ceteraq; id genus, quibus omnibus ille aliquando vt̄ potuerat. Si vero nō hoc solum sufficit, q; euacuandū æger sit, neq; istorum auxiliorū finis existit, sed in primis modū euacuationis adiūceret, posteaq; quibus rebus hęc adamus sim indagetur declarare, ac his occasionem & mensuram & vtendū rationem addere opus sit: sequitur sane quod qui saltem de scopo auxiliorū cōmuni verba fecerit, is nondum vlla ex parte particularium meminisse potuit. Si enim cōmune quid protulisse sufficerit, frustra ille cataplasmatum, inediā, calfactionisq; per spōgiā facte mēn **G** G sectionem habuit. Siquidē neq; cataplasmata, neq; inediā, nisi ab eo didicerimus, nostra opera inuenire possumus, venæ autem sectione, Erasistrato quoq; tacente, vni cuiq; manifesta est?

*Ex ijs que in sanguinis detractione considerari solent, cum ab Erasistrato in minimis alioquin curioso omessa sint, conuinci illum ab ea prorsus abstinuisse.*

*CAP. 4.*

**S**ed ēquis istud quis concesserit, absurdū cum sit, tñ ei qui auxilio hoc cōmode vñsus est, multæ etiā, eadēq; pergrandes cōsiderationes supererūt. Inter has autē prima est, an, quē admodū aliqui sentiunt, q; libet venā semp̄ separe nihil differat, aut pprię venę in singulis affectis partibus cōtineantur, que ipsarum plenitudinē q; celerrime euacuare possint. Secunda vero, vtrū semel aut saepius subtrahere conueniat. Tertia item, qua ratione in his intentiones inuestigandæ sint, quas vbi quis exquisite cōsiderauerit, mensurā euacuationis cōiectura assequi possit. Quarta, in qua dē occasione, ad quā in primis venæ sectione fienda est, num. s. ea eligibilis sit, per demonstrationē docetur. Qui igitur à venæ sectione prorsus abstinet, apud hunc harū rerū omnium cōsideratio perit, è medioq; tollitur: eam autē adhibet, vt omnia ista sequantur necesse est. Quanq; & in reliquis omnibus prēsidij eadem est ratio, veluti veratri, sc̄amoniā, vini, lauacrorū, cibiq;. Si enim in egrotis curādīs aliquo dīctorū nobis vt̄ nequaq; cōceditur, tum neq; occasio amplius, **H** neq; quātitas, neq; vtendū modus, neq; quicquam aliud ad inuestigandum reliquum fiet. At ille qui vñsum istorum probat, hęc omnia discutere necesse habet, idq; non solum in efficacibus auxilijs, in quibus si vel parui momenti quid prætermittatur, confessum maxima noxa ægrotis imminet, verum etiam in minimis quibusq; saneq; ita quotidie evenire videmus. Proinde si quis medius hominī ægrotō gratificatur us auxiliū aliquid describit, is neq; omittit occasionem qua nū trire ipsum iubet, neq; cibum facultatesq; ipsius non determinat: neq; vel quantitatē, vel paradi modum, vel vtendū ordinē reticet, quin potius vñnumquodq; horum illis qui tum ibi adsunt, quo pacto id fieri debeat, singulatim explicat. Quin etiam pleriq; in librī pasūm describūt, qua ope quibus' ue auxilijs omnia hęc administrari soleant: quorū nōnulli quibus alioq; prolixitas sermonum cordi non est, in hūusmodi enarratione orationem protrahunt, idq; genus discipline non multiloquium, verum diligētem soleritatem esse putat. Hippocrates etiam cū in plurimis suis operibus breuitati summopere studeret, tamē quod ad venæ sectionem attinet, non est grauatus scribere, tum partem corporis in qua vas secari oporteat, tum euacuationis mensuram, vñā cum occasione ipsa. Erasistratus autem, quem assecle sui venæ sectione vñsum fuisse prædicant, multiloquus fuerit licet, tamen, vt ego paulo post indicauero, principio venæ sectionis nomen alijs p̄ fidij

**A** sidijs nē adscribere quidem dignatus est: deinde etiā omnia quae iam recitata sunt, vt pote tēpus, mensuram, vñsum situm, vtendū rationem prætermisit. E contra vero qua ratione & offa inperfa, & cataplasmata ægrotō offerenda sint, prescribere non est veritus: immo neq; olerū decoquendi modum silentio prætereundū putauit. Audi itaq; quae ille in opere de alii curatione scribat: Prima quidē adiectione farina crassifuscula, tosta ac probe quassata offerenda est. Cum autē illam offerre volueris, in vasculo aliquo frigidō infusam, ac aquae commixtam exhibeto, non vna vice vñuerum id quod daturus es, verum bis aut ter cōmiscens, ne offa arida effecta ac solutioni ineptra, multum humiditatis suscipiat: nullū enim horum cōfert. Ad edendum vero danda sunt affa tim cichoria in aceto non acrī infusa, ac inter cibos consumenda, solidāq; è decoquenda, duas olas præparando, & in prima quidem iniecta illa decoquere oportet. Postquā autem probe admodum cocta fuerint, ac in altera olla aqua iam bullirerit, transponere ipsa in eam conuenit: verum cichoria reuincta sint, vt facile quoq; transferri possint. At vbi ad perfectum cocta erunt, tum aqua effusa, sale oleoq; condenda sunt, exhibendaq; vt offerantur. Num ergo putas quicquā adhuc scribī posset curiosus, ab hoc prælertim qui adeo tenuia considerauit, vt & admonere operæ pretium duxerit, q; cichoria, quo facilis hinc intransferrī possint, vincire oporteat? Patet. **B** Cūq; quidē ea quae resoluta sunt, non facile transferri quoq; possint, ob idq; non solum nos qui medicam artem profitemur, verum & coquos olera elixātes curæ habens, ipsos quo pacto illa liganda sunt, edocuit. Eodemq; animo est præditus sicubi vel cataplasmatis alicuius cōficiendi modum tradit, vel tot stadia inambulare, vel toties perfirari, aut aliud aliquid hūusmodi iubet. Ob quae omnia pleriq; illius superfluā curiositatem nō solum nō laudant, verum & vituperijs incēsunt, tanq; qui modum terminosq; constituerit, quantitate in infinitum sese extēdentes. Quis ergo credat hunc, qui tantopere alioqui curiosus sit, vt alijs auxilijs, sic & venæ sectione vñsum sufficie, cūr de illa nō alibi, nisi semel, vbi de sanguinē refectione agit, mentionē fecerit? Atqui ille neq; tum ea vñsum est, sed econtra Chrysippū, eo quod venæ sectionē neutiquā vñsurauerit, summope re laudauit, in superq; demōstrationes quādam attulit, quibus Chrysippī de venæ sectione dogma modis oībus asserere conatur \*. Nam hic illā magis sanguinē spuentibus, q; his quibus aliqua corporis pars inflāmationi obnoxia est, quadrare dicit. Cæterum de hac quoq; re alio loco dicitur: Nūc vero quod antea cloqui exorsus eram, repetendū est, q; Erasistratus. L. quasi alioqui vñueros suos sermones in immensum extrahere non consueūset, & bis terq; interdū in diuersis operibus eandē sententiā replicasset, illis tamen vel semel quinq; syllabas adscribere contempsit, quibus interpositū cæteris auxilijs phlebotomiae, i. venæ sectionis nomen enuntiare sibi integrū erat. Taceo hīc, q; & quantitatē illius, vt in alijs fecit, & tempus, reliquaq; eiusmodi, put superius significatum est, indicare omnino debuerit. Proinde nōnulli medici fure, qui quantitatē euacuationis, signis quibusdam definierūt, veluti si vel color, vel tenor, vel sanguinis fluxio mutetur, aut pulsus tempore subtractionis ex debilitate collabuntur, ac sudores prorumpant, aut ea quae aliqui labores vocant, aut deniq; vomitus vehementiores exuperantes ut alii defectiones apparet. Alij etiam vscp ad animi defectionē, euacuationem producendam putant, præsertimq; siquid in illa pro euacuationis portione cōtingat. Nam & ob id bīlem pītūram ue, cum ea in os ventris influxerint, persepe animi defectionem manifeste fieri vīdemus. Aliqui item tum coloris in toto corpore permutatione, tum pulsuum alteratione commoderatam subtractionem coniestantur: eamq; ob rem modis omnibus illos improbant, qui arbitrantur multo consultius esse, vt considerata ex certis indicij noxiū humoris natura, denuo redeatur ad illius euacuationē, q; si eadem semel copiosa fiat. Nec defuerunt quidam, qui etiam cōstitutam quandam mensuram illius proponere auderent, pīnde quasi durabus hemīnis attīcis, aut paulo plus minus ut moderata subtractionē circumscriberetur: quippe cum ex cōmoderata proportione, adhibitis ad id & aetate hominū & natura, & tempore anni & regione, nosip̄ maius minus ut cūq; quadrans inuenire possimus. Quare & Erasistratus certum nobis numerum frictionis tradit: quo etiam si ab exquisita illa mediocritate aberrauerimus, nullam tamen notabilem noxam incurramus. Mensurā autem de venæ sectione nullam planē protulit. Nam, sat sc̄io, de venis quae incidi solent, nō pauca scripsi, maximeq; cum & Hippocrates tum eius, quae infra poplitē propeq; talos est, tum illius, quae vel in fronte recta est, vel earum, quae sub lingua existunt, frequenter meminerit. Præterea hoc loco referre non est opus, quantum ad venas circa cubitum attinet, quod neque Erasistratus reticuit, num illae omnes in omnibus morbis secundā sint, an quemadmodū Hippocrati placet, aliā in alijs. Eius enim, qui tam diligenter omnia scriberet, propriū officium fuerat, siquid in hoc præsidio à germana mensura discreparet, ad certos terminos redigere, ac quam sententiam in venis explicandis haberet, id quod & alij medici factarunt, adscribere. Quidam enim nihil interesse dicebant quancunq; venam quis incidere vellet, vt quod ex vnaquaq; equa līs totius euacuationis fieret. Rursum alij ingentem vel in hac re diuersitatem contingere censebāt: nam aliquas ipsarum celerius, aliquas autem longa temporis mora affectam partem euacuare asferebant. Cum igitur ille nihil tale scripserit, nec venæ sectionis scopos declarauerit,clare vnicuique patet eum vñueras has rationes ideo intermissee, quia præsidio hoc nunquam sit vñsum, Perinde

Perinde enim ut qui nunq; in egroto aliquo cataplasmata expertus est, is & differentias ipsorum & conficiendi modū, & occasione rōnemq; vtendī describere nequaç; potest (soltū enim his, qui illa qñq; more Erasistrati administrauerunt, necessario incumbit de horū singulis differere) eodē parato quicunq; venæ sectione penitus non sunt vsl, occasione illius, modumq; vtendī & mensurę scopos tradere nequeūt. Verū qui illa vtūn, eos in primis & de his oībus, & multo magis de venarū differētia distinctim tractare op̄epretūt est, ac ad illa vt si nihil aliud, hoc tñ cōmonefacere, quod nūl differat sū haec vel illa seceret, quia cūcte inflammatas partes ex æquo evacuare possint.

*Erasistratum hac etiam ratione a venæ sectione abstinisse, quod in febrium, ac inflammationum curratione, in quibus conuenit maxime, mentionem de ipsa non fecerit.*

CAP. 5.

**V**erum eiusmodi rerū nihil scribere, ac vsum omnem auxilijs de medio tollere, in eo præser-  
tim affectu, qui illud omnium cōsensu præcipue requirebat, quis id manifesto argu-  
ente non diceret, q; Erasistratus auxilio ipso nunq; fit vsum? Quid enim difficultatis fuerat cū in tra-  
statu de febribus haec verba faceret: Iḡitur circa egritudinum principia ac inflammationū genera-  
tiones omnis sorbitionum ciborumq; adiectione prorsus subtrahēda est! si illuc adscriptissit (vten-  
dum vero venæ sectione) quo totius orationis series talis esset: Circa initia egritudinum ac infla-  
mationum generationes, omnis sorbitionum ciborumq; adiectione prorsus subtrahēda est, vten-  
dum vero venæ sectione. Inflammationes enim que febres faciunt, vtpurimū ex repletione fūt. Si  
ergo in huiusmodi temporibus adiectiones offerantur, easq; cōcoctio ac distributio pro suarum  
actionum facultate viciſſim reddant, & vasa nutrimenti impletūt, adhuc multo maiores ac vehe-  
mentiores inflammations fieri tunc continget. Commodius itaq; fuerit cibaria non exhibere, illi-  
coq; venæ sectione vti. Et talis quidē dictio esset, si ille vt inedijs, ita & venæ sectione vti voluis-  
set. Verum cum id nō adscriperit, quomodo quis virum crediderit eius remedij vsum laudasse?  
Cum vero neq; in alio quopīa opere medicinali hoc fecisse illum cōstet, aliquid etiam multo fir-  
mis de illius sententia pronūciare audebit. Quis enim arbitrari posset, q; Erasistratus cū alioqui  
loquacitate quā prolīxissima gaudet, grauatus fuerit vel semel suis cōmentarij que conscripsit,  
quatuor aut quinq; syllabas addere? Ego itaq; etiā si nulla Erasistrati monumēta iam supellet,  
omniaq; perīssent, id quod & Chryssippi libris ferē imminet, tamē discipulis illius sententiam sui  
magistri profitentibus credere magis adducerer, quām qui Erasistratum neque aliquando vide-  
runt, neq; vlos illius discipulos, alius ue qui ad illos discendī gratia proficiscebantur, aut qui his  
rursum familiariter vterentur, conspicati sunt: sed potius ea temere post tot annorum secula asse-  
runt, que neq; ipſi cognoverūt, neq; ab aliquo qui id cognoverit, audiuerunt, neq; Erasistratum  
quatuor saltem vel quinq; syllabas de hac re scripsisse animaduerterunt. Nam τέλειον φάίβα, hoc  
est venam secare, quatuor syllabis exprimitur: φάίθοτοις vero quinq; syllabas usurpat. Proinde  
id quod superius verbis Erasistrati per me adscriptum est, puta, vtendum vero venæ sectione, no  
uem syllabi grēce effertur. Quiescat ergo illi iam, qui tum studiōlis, tum egrotis ip̄is artis com-  
moda eripere conantur, dicentes Erasistratum quidē vsum venæ sectione esse, verum eius men-  
tionem ob id non fecisse, quia illa, quām cataplasmatum olerumq; decoquendī ratio, multo eu-  
identior esset. Si enim artis studiōli eam ob rem venas secare in anūmū indūcent, quia quemad-  
modum vene per inedias evacuate inflammations discutiant, ita & venæ sectione: omnes sanè de-  
inceps illos quos Erasistratus inedia sustinere iubet, venæ sectione curabūt. Atqui vel hoc vile  
etiamnum, abiectumq; est.

*Errare etiam quam maxime Erasistrat̄ eos, ac ipsi Erasistrato aduersari cum  
venæ sectionem suscipiunt.*

CAP. 6.

**C**aeterum si adolescentes, qui neq; de venæ sectionis mensura, neq; de venarum secādarum  
ratione quicquam audierint, ad præsidium hoc se accingant, id statim, vt dictum antea  
est, ab ipso quoq; initio maximum afferret nocumentum. Prefitterit igitur illos neq; penitus ve-  
næ sectionem aggredi, quām citra respectum dicatorum, auxilio manus admouere. Plures enim  
hac ratione perierunt, quā quibus nō fuerat vena secta. Nam medici natu grādiōres venas tunc  
temporis numquam secantes, alijs evacuatorijs auxilijs vtebātur, quā idem quod & venæ sectione,  
verum longiore tempore efficere poterat: nisi si ob affectae partis dominium vel plenitudinis  
excessum, mors agrotum præoccuparet. Sed qui nostra tempestate febres cunctas in principio  
venæ sectione indigere putant, non mediocri hercle noxa agrotos afficiunt. Sic enim fibimet  
de huiusmodi auxilio persuaserunt, tanquam si ab Erasistrato ita scriptum esset, vt ego non mul-  
to antea additis ip̄i orationi nouem syllabis significau, quā sententia talis fieret (nam eius deno  
meminisse consultius fuerit) Iḡitur circa egritudinum principia & inflammationum generatio-  
nes ab omni prorsus sorbitionum ciborumq; adiectione abstinentum est: vtendum vero venæ  
sectione. Talem enim Erasistrati sententiam nostri temporis medici agrotis minime consulen-  
tes esse volunt, cum alia quidem tempora scopiq; ipsius inedijs, alia item venæ sectionis habeantur,  
que ego omnia in presenti commentario ordine idoneo explicabo. Nunc siquidem velut  
cum illi a senioribus persuasi nouam auspicabantur palinodiam, sic mihi quoq; propositū meum  
omnino immutandum est, eaq; ratione inhibendum censeo illis, qui hactenus venas temere se-  
carunt,

**A**carunt, ne eas in posterū penitus secent. Vt enim Plato ait: Mīnus aberrare eos consentaneum  
est, qui ea non aggrediuntur quā non norunt, quām qui illa tractant quā nunquam dīcērunt:  
nam hoc idem & isti faciunt, libijs p̄s persuadentes, quod & quibus venam secare expedīt, &  
cætera id genus quā à me recitata sunt, inuentu facilia existant: hincq; adeo in cuiusc morbi ini-  
tio inediā vna cum venæ sectione ex æquo usurpat, ac hoc ipso, si vera fateri licet, Erasistrati  
sententiam modis omnibus inuertunt. Nam & venas secant, & exemplō à venæ sectione nu-  
trīunt, cum ille contra venas secare inhibeat, sineq; nutrimento degere studiose consulat. Quia  
vero isti veritatem multo magis quām Erasistratum in honore habent, ostendere eis operæpre-  
rium est, quod ferme ille quēm de sanguinis reiectione conscriptis, non propriè ad illum solum

“ affectum pertinet, vt qui vnicūq; phlegmoni sit communis. Verba autem sic habent: Adhæret  
“ enīm his tempore reiectionis ex inflammatione periculum, in quo offere non facile est. A venæ  
“ vero sectione inediā longo tēpore tolerant, ne virtus eius exoluntur, periculum imminet. Sic  
“ ille de īs qui sanguinem vomunt, verba facit, & ea de causa eis venam secare prohibet. Cæterum  
“ quod ipse inflammationem subsequi suspicatus sit dum ait: (Offerre non facile est, hoc est, dare  
cibaria: & à venæ sectione inediā longo tempore tolerant, ne virtus eius exoluntur, pericu-

**B**lum imminet (vnicūque in conspicuo est). Nec enīm illuc ad sanguinis reiectionem quicquam  
propriè spectat, quod quis à venæ sectione absterreri possit: verum vtrq; haec, hoc est, neque pro-  
pter inflammationes cibos dare, atq; id tempore venæ sectionis factitantibus, periculum de re-  
solutione vīrūtū imminet, cum febribus quoq; communia sunt. Porro si diligentius anūmū  
aduerteris, reperies Erasistrati sermonem hunc venæ sectionem in febricitantibus multo magis  
quām sanguinem spuentibus detrectare: à principio enīm dum sanguis reiecitur haud quaquam  
vas ruptū inflammatione corripit: at febrium initia vel Erasistrato teste, necessariò inflam-  
mationis principio subsunt. Proinde si ad corroborandū rerum incertarum fidem īs quā mani-  
festē apparent vtendūt, vidi ego plurima vulnera, quāe priusq; ægris vena secaretur, co-  
alescēbat. Fieri ergo nihil secus potest, quod vas ruptū nullo pacto inflammetur, dummodo  
nos cæterā rite administrauerimus, sanguinisq; quantum nobis vsum fuerit in tempore eva-  
cuauerimus. Præterea si Erasistratus dicit, quod necessarium sit tempore quo affectae partes in-  
flammatione corripuntur, inedias sustinere, idēq; virtutem venæ sectione antea dissoluere ve-  
return: multo magis ab ipse in febricitantibus, quām in sanguinem spuentibus, nobis cauendum  
est. His etenim si evacuati fuerint, venam ruptam priusq; inflammetur coalescere possibile est:  
C febricitantibus autem partem aliquam iam inflamarī necesse est. Cæterum quod possibile sit  
vas quodcūq; sine inflammatione conglutinari, id alīcū etiam ex reliquis vulneribus credibile ap-  
parebit. Frequenter enim vīdīmus, cum quibusdam singulari certamine pugnatis, integrum  
crus brachium ue abscessum esset, coaluisse tamē vulnus anteq; inflammatiō oboriretur: quod  
quidē multo magis cōtinget, si, vt Hippocrates ait, sanguis copiosus illico fluxerit. Sæpius etiā  
foramen in causas thoracis partes illatum, in tribus diebus conglutinatū conspeximus. Quinetiā  
nuper in palestra alīq; insigni plaga accepta, extēpō vehementer tuſſiendo, duas fermē sanguini-  
nis cotylas reiecit: sed ille, quia ei statim vena secta esset, aliaq; qbus opus habebat, facta fuissent,  
neq; omnino deinceps tuſſiuit, & nunc quoq; sanus incolumisq; degit. Ex his itaq; dispicere li-  
cket, q; si quis vel adhuc Erasistrato obtemperare velit, abstinere magis à venæ sectione in his de-  
beat quā iam inflamarī inceperint, q; quā nondum inflammatione sunt correpta.

*Ex eiusdem Erasistrati verbis, que ab eius sectatoribus adducuntur, coniungi quod ipse  
venæ sectione non sit vīsus.*

CAP. 7.

**P**raeterea ne illud quidē mīnus clarum est, q; Erasistratus venæ sectionem neq; cū inedijs,  
neq; ante ipsas inedias, vncū usurpat. Verūtamen nonnulli eō contentionis dementiae  
peruenerunt, vt cum sermones hos audierint, discutiēdorum eorum nullam sanè rationē inue-  
niant, tanq; vero nihil illis obiectum esset, propriam sermonum farraginē ausplicantur, vnam  
illam sententiam in ore habētes, quam Erasistratus his verbis afferit: Consequens etiā est q; circa  
inflammationis tempora vulneratis nihil sit offēdū: venæ enim evacuate, sanguinē qui in ar-  
terias infilierit, facilis fuscipient: quod vbi cōtigerit, inflammations mīnus euident. Et sic illi  
persuasi q; ipse venæ sectione vīsus sit, hinc aperte colligi posse aiunt. Quo.n.loco ipsam inediā  
velutī evacuatoriū præsidium ille accerlit, multo sanè magis, inquietūt, ad venæ sectionem se  
accīget. Aduersus quos si quis dīcat, quod per ea quāe allegant, Erasistratum quidē venæ se-  
ctione ante inediā vīsum esse non demonstrent, sed potius consequens esse ostēdant, quod ipse  
postea illam usurparerit: isti hunc ridentes, tu tandem, aiunt, quid consequens sit cognoscis,  
Erasistratus autem non cognouit: quālī vero ille ingenio exercitato non fuerit prædictus, tuq;  
illo multo sis promptior, ac rationibus magis polleas? Si itaque volueris, illi vt te discendi causa  
frequentet, consulemus, quō scilicet quid ad quancū rem vel consequens, vel pugnans sit, cognoscere  
assuefcat. Atq; his verbis habitis illinc discedunt: in posterū vero, vt collocutoribus ali-  
quām contumeliam inuāt, adiungunt sibi hominū perfictæ frontis cateruam adeo copio-

Sexta Classis. ccccc fam,

sam, vt præ illorum clamoribus nemo loqui quicquam posit, eiusmodiç finem congressum statuum. Sed nos imprimis eum non querimus qui conuicia spargent vices referat, verum in primis quidem num Erasistratus venæ sectione aliquando sit vsus: secundo autem, quamnam hoc auxilium vîres habeat, indagamus. Atquî horum vtriusq; propriæ habentur demonstrationes. Quod enim Erasistratus venæ sectione non sit vsus, testantur & monimenta illius, & discipuli fide dignissimi, Chrysippicq; vniversum auditorium. Cæterum de auxiliis huius facultatis non eadem est ratio: nam de his enunciata quædam quamuerissima, necnon & conclusio-nes selectæ afferuntur. Præterea si quis istis quoq; posthabitatis, solum reru... ordinem sequi voluerit, vel sic scripta Erasistrati, quia nihil tale in his proditum sit, modis omnibus periclitabuntur. Reputa igitur hæc in animo, præsertim exordio illinc sumpto, vbi ille in de rectione sanguinis Chrysippum laudibus extollens, quid loco venæ sectionis membra vinculis excipere confue-uisset, hæc ad verbum scripsit: Hoc ipsum autem facere conantur iñ qui sanguinem spuentis ve-nas secant. At Chrysippus multo consilius agit, vt qui non solum id quod instat præ oculis ha-beat, verum & impendens periculi curam gerat: adhaeret enim his tempore rectionis ex in-flammatione periculum, in quo offerre non facile est: à venæ autem sectione inedia longo tempore toleranti, ne virtus illius exoluatur periculum imminent. Atquî hic causam non adiecit F ob quam tempore inflammationis inedia iniungat, ut pote quæ ab illo declarata est, cum in hanc sententiam scriberet: Cōsequens est q; vulneratis circa inflammationis tempora nihil sit offe-rendum: venæ enim euacutæ sanguinem qui in arteriæ insilierit, facilius suscipient, quod vbi contigerit, inflammationes minus contingent. Quapropter ille inediis tempore inflammationis ea causa laudat, quia illæ venas euacuent: verum si ambas has sententias in unum redegeris, sermo integer talis erit: Chrysippus sanè recte fecit, qui nō fecerit venam iñ qui sanguinem ex-cernebant, eo quid illi paulo post euacuatorio auxilio, puta inedia, indigebat. Præterea idem iste sermo si compendiosius quoque dicatur, eiusmodi erit: Sanguinem reijcientes nequaquam sunt euacuandi, quia paulo post inflammatione ingruente euacuatione opus habebunt. Etiam vero clarius is hoc pacto explicaretur: Ante inflammationis tempus venas euacuare non licet, ipsi quippe euacutæ inflammationes cessant. At sermo iste evidenter sibi ipsi repugnat, nisi si quis suppetias illi laturus, duo hæc temere adjiciat, quid videlicet satius sit vt corpus per inflammati-onis tempus euacuetur, non ante, quodq; inedia sit magis quam ipsa venæ sectio usurpanda. Sed si hæc dicat, nos hunc neque quod propositum fuerat demonstrasse, necq; sibi metuconfitanea di-xisse respondebimus: in hocq; has partes discrepare dicemus, quod ordinem sermonum non G obseruent. Omnibus enim hominibus, qui præsertim tantum mentis possident, vt consideratio-ne etiam pauxillum quid consequi possint, perspicuum est, quod huic qui sanguinem in arteriæ transilientem per euacuationem venarum ad proprium locum reducere velit, id primo quoque tempore sit faciendum. Manifestum etiam est, quod euacuatorio auxilio quam celerrime vten-dum sit, vt quo & breuissimo temporis spatio, & sine vlla corporis perturbatione, euacuationem quamvis perficere possimus. Quantum enim inedia persæpe laedant, superius demonstratum est. Proinde in hunc modum aliquid dicere integrum erit: Arbitror equidem ridēdos esse eos qui Erasistratus quandoque sanguinem reijcentibus venam secuisse putant, quandoquidem vbi inedia tanquam euacuatorium præsidium laudat, multo hercle magis ipsam venæ sectionem laudaturus fuerit: vbi quoq; inflammationis tempore euacuatione opus esse arbitratur, sub illius initium magis q; cum futura est, ipsam laudaturum fuisse inconfesso est. Nec etenim Erasistratus rerum adeo imperitus erat, vt non multo citius sanguinem ex arterijs in venas reduci putaret, cum neq; circa inultus initium ille vehementer eset densatus, neq; a calore febrili tantopere eliquatus, vt ob id crassiusculus efficeretur. Nam qui hoc ipsum assereret, semet potius deriden-dum quam illos quos accusat exhibebit: quandoquidem cum Erasistratus ipse scribat venæ se-H ctionis usum ea causa non esse usurpandum, quia inflammationis tempore longe melius sit vt assumptiōnem euitemus.

Desiderantur hoc loco non pauca.

*Aduersus quandam Erasistratæum, quid cum Erasistratus multis locis repletionem curarit, de venæ tamen sectione non fecerit mentionem.*

CAP. 8.

C ontinere immedicabile, aut profectò non facile sanabile, qualia ipsi quoque hemorroi-dibus accidentur. Porro cum nos membrorum deligaturas diceremus multitudinem absq; venæ sectione attrahere ad se posse, ille hoc ait impossibile in plethoris esse, ob quas Erasistratus brachia manusq; ac tibias aduri dixit, fieri q; id, quia vasa propter sanguinis multitudinem intenderentur. Qua ratione ergo in illa id quod in profundo est delabi amplius poterit, cum & sine illo ne ipsa rumpantur periclitari iam videntur? Atquî iam declarauimus quod Erasistratus Chrysippum laudauerit non apposita, vt ego nunc scribendo faciam, ali-qua sermonis distinctione, verum absolute sententiam suam prodens. Oratio nanque sic ha-bet: Deligationes vero laneis vinculis circa alas ipsas ac inguina facienda. Deligationes enim inquit,

A inquit, facienda, neq; interim ytrum hoc auxilium plethoricis solis nihil cōmodi afferat, alijsq; è diuerso emolumento sit futurnm, sermoni addidit, sed simpliciter pronunciauit, quo de omni-bus dictum istud intelligamus. Atquî (aiebat ille) si de omnibus id intelligendum esset, ipsem etiam declarasset in hunc modum scribens: Deligationes in omnibus facienda: verum simpliciter protulit, deligationes laneis vinculis circa alas inguinaq; facienda, eo quod nosipsi suspicari possemus orationem hanc de illis tantum habitam esse, in quibus ad membra sanguinem trans-ferri possibile est: nam in quibus id fieri nequit, ne vincula quidem eorū membris sunt adiçien-da. Cur ergo, aiebamus nos, hoc quod nunc dicitis, Erasistratus non scripsit? an quia ijs qui adeo repleti sunt, vt eis brachia, tibæq; ac cubiti adurantur, sanguinem subtrahere necessarium sit, cæteris vero sola membrorum deligatio sufficiat? Quoniam, inquit, non hominibus vulgaribus scripsit, verum ijs qui ea quæ res ipsas necessario consequuntur, cognoscere atq; operari possint, impossibilitaç nequaquam aggredi in animum inducant. Non ne ergo, inquietabamus, si aliquā de plethorica dispositio corpus occupauerit, etiam si Erasistratus istud non scriperit, venæ se-ctione opus esse dices? In confessu enim est, quod hoc omnibus cognitum sit, ideoq; ab Erasi-strato non est descriptum: cæteros nanque affectus quicunq; sine repletiōne fiunt, Erasistratus B seorsim mederi iuslit. Verum cum ille ad hæc obstreperet, primum quidem hortatus eum sum, vt sententiam ex tertio de febribus descriptam audiret: deinde vero & eam quæ in priore de salu-taribus commentario habetur. Nam quæ in tertio de febribus reperitur, hæc est: Igitur circa ægritudinum principia, ac inflammationum generationes omnis ciborum sorbitonumq; obla-tio subtrahenda est, plerunque enim inflammations quæ febres suscitant, ex repletiōne fiunt. Si ergo in huiusmodi temporibus oblationes dentur, & eas concoctio distributioque pro sua-rum actionum facultate vicissim distribuant, venæq; alimento impleantur, adhuc longe ma-iores ac vehementiores inflammations sapenumero fieri accidit. His verbis Erasistratus no-men repletionis aperte descripsit, modumq; illius curandi tradens inediæ commemenit, venæ vero sectionem silentio planè præterit. Quapropter ad Erasistratæum illum me conuertens, quater, inquam, òamicissime mentitus es, quandoquidem Erasistratum repletionis medicandæ rationem separatiōnem scripsisse patet. Idem nanq; vel in priore salutarium libro, ipsaq; illius præfa-tione recitat, quod cuique cognitum esse posuit, illum cum repletionis remedio ordine scriberet, quiduis potius quam venæ sectionis meminisse. Dictio autem sic habet: Summam in quibusdā sanitatis curam rationemq; habere oportet, ideoq; qua via quis eum qui in repletiōne fieri con-suevit affectum cognoscere atq; obseruare poslit, in primis colligendum est. Incipiente enim ea, à discutientibus abstinentiam quam maxime est. Si autem illa nondum adsit, antequam ægritu-dinis initium fiat, illis vtior. Atquî plures modi extat, quibus huiusmodi affectus discuti potest, neque iñdem cunctis quadrant. Sed de his iam ordine dicere constitūmus. Qui ergo corpus la-boribus exercere conuertent, his multo præstantissimum fuerit, vt illos paulo plures quam pro consuetudine ineant, ipsiq; affectum hunc discutere tentent. Ab exercitiis vero sudores in balneo prorit. Porro siquid supercalefactione exiccatum est, tum pluribus lauacris vti, hisq; omnibus peractis in multa quiete longo tempore nullas oblationes assumentem degere con-suetum est. Illo enim tempore repletio summopere attenuatur, præsertimq; si post exercitia & lauaca quis longo temporis spatio nulla oblatione vtatur, quiescatq; postea aliquandiu. Pran-dium vero subtrahendum est, sed & coena minor solito assumenta. Tum qui offeruntur cibi nutrimento ferè careant, veluti sunt olera pleraq; tam cruda quam cocta, cucurbitæq; ac cucu-meres, peponesq; teneri, & ficus recentes: legumina item cum oleribus cocta. Panis quoque omni vitio careat. Nam sic vñiversa talia partim alium lubricam reddent, partim nutrimenta quæ ex illis fiunt, neque copiosa neq; fortia efficiunt. Verum à carnibus piscibusq; ac omnibus rebus cum lacte chondru'ue aut amylo elixatis, & cæteris id genus alimentis dicto tempore ab-stinentium, vel prorsus paucis vtendum. Huic autem vñctus ratione diligenter ob id insisten-dum, quid repletio iam confitens, secure sustollatur. Cæterum qui corpus laboribus exercere non sunt affueti, his plura exercitia iniuengere commodum nō est: quanquam hæc alioqui, prout plurima alia, euacuationes tutas faciant. Præterea vero quicunq; ad vomendum propensi sunt, vt à coena vomitiones instituant, omnibus communiter vtile est. Ne autem ad aliquid aliud mi-nus idonei fiant, vomitus ab oblatione nō multum temporis intercedat: sic enim cibi adhuc in su-perioribus partibus existentes faciliter euouentur: proindeq; alimeta quæ ex ipsiis cibis gene-rantur, non multo ante vomitionem distributa sint. Ad hæc postero die lauaca, sudoresq; pro-uocare oportet. Quinetiam euacuato iam corpore, atq; repletione restaurationem nausta, paulo post ad consueta redeundum. His ergo verbis Erasistratus clare per omnia indicavit, q; ad repletiōnis affectum medicandum alijs omnibus auxilijs vñsus sit, venæ autem sectionem nunquam adhibuerit: istudq; & in sequente operis parte innuit, dum in hunc modum loquitur: Hæc vero animo revoluenda sunt, q; non omnes homines ad quosvis affectus æqualiter propensi sunt, sed vbi aliquando idem symptom, veluti repletio est, intra plurimos contingat, in omnibus ad quæ confuerit loca, impetu fertur, & in alijs quidem ad hepar, alijs rursum ad aluum. Nec Sexta Classis. cccccq; ij desunt

defunt quibus illa vel epilepticos affectus, vel articulorum dolores conciliat. Opus est ergo, vt **E** vnuſquisq; ea quae illi contingere confuerunt considerans, curam affectibus proueniētibus idoneam instituat. Nō enim eadem ratione ad epilepsiam inclinato, qua sanguinem spuenti curatio exequenda. Verum illi perpetuo labore defatigari, huic autem a laboriosis exercitiis caue re operare pretium est: verendum namq; est ne ex defatigatione initium ruptionis suboratur. Sed qui epilepticis affectibus obnoxius est, in labore cōtinuo ac inedia & cibī paucitate se contineat, frequentiaq; lauaca quae ue vehementem permutationem afferunt, modis omnibus evitetur. Præterea quos renales affectus plerūq; infestant, his cibī concoctū faciliꝝ offerendī, ac lauaca affatim inūngenda: potus autem constringēdī facultate careat, ne lotum acris redditum loca per quae exercitio ipsa fertur, arrodat. Ad hæc exercitiis diu insisteret, huiusmodi hominibus noxiū est. Quibus autem vel ad splenem vel iecur fluxio ex consuetudine fertur, his à laboribus nūmījs frigidaq; ablutione abstinentum, inedijsq; & paucitate potationum, ac lauacris curatio in vniuerlūm procuranda.

*Erasistratum perperam docuisse repletionis curationem, ac de noxa que ex inedia euacuare solet.*


CAP. 9.

**F** N his rursum Erasistratus suam sententiam clare ostendit. Nam eos, quibus ex repletione vel sanguinis sputum, vel epilepticus morbus imminet, neq; fortiter purgantibus medicamentis euacuare vñquam, neq; frictione vt voluit: quæ ipsa etiā debilior sit, quam quæ huīusmodi morbis ad amissim opūlari possit, præstantior tamen non paulo vna inedia existit. Frequenti enim frictione non paucos istorum euacuauimus, cum alias p̄ animi ignavia, neq; purgans medicamentum astūmēre auderent, neq; venæ sectionem sufferrent. Præterea si auxilium hoc in omnibus sufficeret, forte quis ipso venæ sectionis loco semper vt posset. Constat autem quod interdum multo minus debilisq; reperiatur, quā quale corporis repletio exigat, maximeq; quia illi qui frictionebus non affuerunt, si plus aequo perficti fuerint, dolorosis affectionibus illico corripiantur. Nonnulli econtra densam duramq; cutim cum habeant, etiam si plurimam subierint frictiōnem, nihilominus quam paucissimam euacuationem experīuntur. At si quis medicus in artis operibus diligenter versabitur, ipsa experientia edocet, quantopere stomachi inanitio ad accersendum paroxysmum epilepticum faciat, sine negocio cognoscet. Dispiciet etiam illos qui ob solam stomachi laesam actionem epilepsis corripiantur, ex inedia vehementer lœdi, velut & Diodoro grammatico vsu venit. Is enim siquando in quodam ludo literario existens famem **G** diutius sustineret, illico epilepsia correptus conuellebatur. Huic itaque præsentaneo remedio succurrebamus, iubentes vt circa tertiam aut quartam diei horam, panem ex vino temperato assumeret: hocq; præsidio vsus annis permultis sanus degebat, quippe qui huīus solitus rei curam gerebat, vt cibos in coena assumptos quam optime concoqueret. Aliquando autem cum propter ciuilia quædam negotia in foro ad meridiem vñq; sine cibo perdurare cogeretur, humi prostratus denuo conuulsus est. Iste igitur, veluti indicauit, propter stomachi vitium epilepsia vexabatur. Manifestum etiam est, quod stomachus laesus, si modo ad hoc idoneus fuerit, alias partes non paucas vna secum exacerbet, ac ad consensum trahat. Hoc loco autem aduertendum est, quod in huīusmodi affectibus, os ventris, stomachus à medicis appelletur. Cæterum vel multi ante nos fuerunt qui hos affectus iam pernoverant, ideoq; de his plenius tractare alibi præsterit: impræsentiarum vero hucusq; dictum de ipsis sit, quo obiter declaremus multos epilepticos ex solo stomacho longioribus inedijs perturbato, in exacerbationem incidere. Proponatur ergo homo aliquis, qui adeo repletus sit, vt brachia, coxas, tibiasq; sibi extiri sentiat, tempus vero anni ver secum afferat. (neq; enim hoc ipsum exemplum perraro contingit, immo nos per id temporis homines sapissime hoc pacto affici conspeximus.) Huic accedat, quod is exercitio **H** rum ac frictiōnum sit penitus expers, facileque ab inedijs laedatur: nobis porro inuestigandum fuerit, qua ratione hunc euacuare debeamus. Nunquid ergo euacuationem instituēmus lauacris frequentibus, aut exercitiis, aut inedijs, vomitionibus ue à coena factis? nam præter hac apud Erasistratum nulla alia repletionis remedia reperiuntur. Atqui ipse exercitiis vt ijs qui id non confuerunt, nequaquam concedit: à lauacris etiam illos, eosdem à vomitionibus, vt qua caput euidenter replere soleant. Cæterum inedia inter ea quae caput replent adeo eminet, vt ex illa tensio vehemens circa brachia, manusq; oriatur: neq; tamen ea quoq; ad euacuandum sati virūm obtinet, quin potius siquī stomachum affici aptum habuerint, ijs insignem laisionem infert. Quomodo igitur ipsam euacuationem adornabimus? num frictiōnum solis? verum earum Erasistratus prorsus non meminīt. Præterea fieri non potest, vt illæ in insuetis tot tantæq; fiant, duæ sufficenter euacuent. Aut postremo illum laneis vinculis excipiēmus? At Erasistratus huīus rei nullam hoc loco mentionem fecit, id remedium ad solam sanguinis refectionem cohíbendam referens. Concipiatur autem in animo, quod etiam de hoc ipso cōsideratio sati luculēta sit facta; veruntamen illis qui eo repletionis venerunt, vt & membra exteriora fibi adūri putent, auxilium

**A** auxilium hoc quam molestissimum ac nullius momenti esse antea dictum est. Neq; etiam credibile illud est, ab Erasistrato in libro de sanguinis refectione recitatum, quod scilicet refectionis tempore ex inflammatione periculum immineat, in quo ille eapropter ægros sine cibis degere iubet, quoniam eorum quos curando suscepimus, virtutem venæ sectione prius dissoluere non licet. Haudquaque enim necesse est vt inflammatione repletionem insequatur, dum illam evacuare præoccupauerimus. Et quanquam id quoq; si quis eminus consideret, in rebus salubribus persuasibile magis quam verum videatur, Erasistratus tamē plenitudinem, quæ aut epilepsiam, aut refectionem sanguinis effectura est, evacuare per venæ sectionem nunquam est ausus. Sic etenim in obseruandis Chryssippi placitis pertinax est, vt neq; venæ sectione, neque fortiter purgantibus medicamentis vñquam vt in animum induixerit. Atqui tum venæ sectione, tum purgatione aliqua plenitudinem commodissime evacuare poterat. Tamen ille de his nihil scripsit ibidem, quemadmodum neq; cum de paralyſi, vel de podagra ageret: illic enim etiam in repletionem causam reiicit, ac deinceps neq; venæ sectione, neque aliquo efficacium illorum & purgantium medicamentorum vtitur. Præterea opinionem suam in libro de sanguinis refectione longe clarus prodidit, idq; in illa operis parte, vbi homines quosdam ex conuetae excretionis

**B** retentione, sanguinis refectionis periculo subesse afferit. Cum nanci inter alia retentionum genera, haemorrhoidum quoq; cohibitionem annumeraret, non simpliciter has euacuatione indigere ait verum prout in cæteris operibus constituit, sic & ibi omnes quas ipse compertas habuerat, medelarum species, sola venæ sectione excepta recensuit. Dictio autem sic habet: Præsentibus igitur his quibus sanguinis exuperantia frequenter fieri consuevit, sudorum & lotij excretiones quadrarent. Conueniret etiam subtractio eorum que offerruntur, ac deambulationes in locis planis, non celeriter peractæ. Verum in his rursum plenitudinem, & sudoribus, & lotio, & inedijs, inambulationibusq; euacuandam censens, vñsum venæ sectionis non adhibuit. Præterea si neq; prius quam inflammatione fieret, neq; cum facta iam esset, neq; cum futuram suspicaremur, venæ sectionem vñsurpandam in hoc libro indicauit, superuacaneum sanū fuerat illum in alijs operibus de eadem mentionem facere, præcipueq; postquam curationem inflammationis aut iam factæ, velut primo de febribus, aut futuræ, aut de qua suspicio esset, aut incipientis, vt ex alijs patet, longe antea descripsit. Veruntamen hoc quidam ex Erasistratis non animaduertentes, dicere contendunt illum euacuatorio auxilio, puta venæ sectione, vñsum fuisse, cum tamen ipsem Erasistratus manifeste contrarium afferat. Nam simulatque circa inflammationis tempus offerre cibos per difficile esse dixisset, ea de causa futura iam inflammatione vñsum explosisse se indicauit. Ista ergo oratione palam declaratur, quod quibus inedia consulturi sumus, eidem à venæ sectione modis omnibus interdicere debeamus. Non ergo cōsentaneum est, vt quis circa vñum eundemq; ægrotum, vtraque auxilia, nempe inedijs & venæ sectionem vñsurpet. Hinc quoq; perspicue patet Erasistratum, siquando is inedijs ægrotis inūngit, eo tempore venæ sectione non esse vñsum, ac propterea illius in alijs operibus, vt & superioris significatum est, nullam mentionem fecisse. In omnibus enim his, veluti declarauimus, inedijs suadens, venæ sectionem (perperam quidem istud ille faciens) è medio sanè tollit, vt à nobis alio quoq; prius in opere demonstratum est: minus tamen peccat quam illi, qui omnes illos qui inedia vtūtūr, statim & venæ sectione opus habere existimant. Ego enim sequenti commentario ostendere aperte conabor, quod non solum omnes illi venæ sectione non indigeant, verum ne plethorici quidem ipsi, nisi prius qualē illa plenitudo naturā obtineat, discernatur: huicq; accesserit de habitudine atetæq; ægrotantis, ac de tempore, & regione, atq; constitutione consideratio: tum quecumq; antecessebunt, quæ ue ipsum ægrotum etiam molestant symptomata. Ob singula enim haec permullos venæ sectionem nonnunquam citra noxam experiri non posse ostendam. Præterea & alios plerosq; tibi ob oculos ponam, qui absque repletione cum sint, venæ sectione nihilominus opus habent. Posteaquam autem de his singillatim differuerit, tum & occasionem & mensuram venæ sectionis ordine explicabo: addam etiam istis eam quæ in secundis venis differentia.

**C** est. Declarabitur quoq; semel ne an pluries sit subtrahendum. Ad hæc vero non minore opera disquireretur, quibusnam, cum adhuc commoda valetudine fruitur, veris tempore, vel purgationem, vel venæ sectionem vñsurpare conferat.



GALENI DE CVRANDI RATIO  
NE PER SANGVINIS  
MISSIONEM LIBER,  
Theodorico Gaudano interprete.

Denuo ad Græcorum exemplarum fidem diligentius recognitus.

ARGUMENTVM LIBRI.

*Explicatur vniuersa methodus secundarum venarum, affectus scilicet, scopi, mensura, locus, tempus, & reliqua quæ ad venas & arterias cum ratione secandas intelligere necesse est,*

*Dé quæstionibus, quibus omne venarum probe secundarum negotium continetur.*

CAP. I.



Vñ de sanguinis emissione speculantur, vnum sibi primumq; proponunt, nempe, vt quæ corporis affectiones euacuatione indigeant, considerent: ac deinde alterum, quænam ea quæ sanguinis fit detractione. Nam multí sunt affectus, qui alia quapiam euacuatione quidem indigeant, sed non sanguinis missione. Tertio post hæc vt dijudicent quæ innoxie hanc ferre euacuationem possint: quippe cum saepè fiat vt affectio venæ sectionem desideret, ceterum laborans eam ferre nequeat, siue propter ætatem, siue propter anni tempus, siue ppter regionis naturam, siue ob os ventriculi vitiatum, quod persæpe per abusum stomachum appellant. Ac nos sanè etiam, cōpendij nimirū causa, hac applicatione toto hoc vtemur libro. Sed & sunt quæ tametsi vel maxime, quod ad morbi pertineat, sectione venæ indigeant, ob totius tamen corporis habitum ferre nequeant. Quæ si quis etiam definire aggrediatur, particularis excipiet contemplatio, sicuti in alio quoq; auxilio. Mox autem de venis quæ veniunt secande: Nam de istis quæstum est multum, nihilne referat quam quis secare venam volet (omnes enim oībus æque affectibus prodesse) an, sicuti Hippocrati, ac proprie medicorum clarissimo cuiq; vsum est, multum interfit, hanc an illam incideris. Porro hac quoq; speculatione absoluta, succedit de scopis siue intentionibus oratio, quibus videlicet quæ animum attendens, vacuationis mensurā conjectura queat asequi. Ad hec omnia, in quibus semel auferre præstet, in quibus vero repetitam facere ablationem, quām ἐπαρχίαν nominant, expedit. Tum in quibus inanire ad animi conueniat deliquium, in quibus autem id tanq; summum malum vitandum. Hæc igitur prospiciat necesse est, qui probe hoc vt remedium volet.

*Quibus libris Chryssippo, Erasistratoj, ac horum sc̄tatoribus occurratur, qui venæ secandas vsum, vel sustulerunt prorsus, vel perperam intellexerunt.*

CAP. 2.

**S**anè de omnibus istis in medendi methodo tractauimus, sicut & seorsum ad Erasistratum, quod perperā ab hoc abstinuit remedium. Deinde alium etiam librū cōscr̄p̄simus ad eos Erasistratoe qui vsum esse hoc auxilio virū afferūt. Itaq; odio sanè dignissima est sc̄lestorum sophistarum tum versutia, qui cū mentiri se sciant, astu tñ contraria p̄rē nouarū rerū studiō adstruāt: tum sapientię vanę auctiū, qui rerū vtilissimarum ignari, cōtraria tñ verbis asseuerant. Horum alterum Chryssippo Cnedio accidit, qui venę incisionem ex omni medicinalium prefidiorū numero tollendam censuit. Secuti hunc sunt sui discipuli, & ipsi apud Gr̄cos clari, Medius, & Aristogenes. His etiam magis Erasistratus ad summos effectus honores, Chryssipi seruavit sententiam. Post quē ipsius discipuli, principio quidē p̄ceptoris decreto insistebant, sed tēporis successu eorū ex numero quidā ab his defecerūt, pudore affecti impudentissimo. Nā quid alīud in illos dicam, qui

A qui afferere sustinent phlebotomia auxiliū recipere Erasistratū: tametsi nusq; in cōmentarijs vlo in morbo hoc cōsulere conspiciatur. Immo cōsentaneū est, inquit, qui inediā tanq; euacuatorū auxiliū adhibeat, multo magis phlebotomiā admittere. At qui hæc afferūt, oēs ad ea tundēdam esse venā aiunt ad quæ Erasistratus cibo abstinentiū p̄cepit. Cum ergo ille in opere de febribus scribat adhīdā morborū principijs inediā, sequit̄ vtq; oībus detrahendū esse sanguinē, id quod sanè isti ēt arbitrant̄, illo vtq; in tēpore. Verum maximū id malū furerit, si ita faciendū adolescenti bus artē discentibus persuadeat, multoq; ēt pernicioſius, si non alia quoq; quæ discernere conuenit, respiciat. Quocirca alio libro ea exponere necesse habui, quō videlicet adolescentibus cōmonstrarē & Erasistratū venæ sectione haudquaq; vsum (id.n. pr̄stat eos credere, q; oībus uno ordīne venā incidere, quib; ille ciborū v̄su interdicit) & maximum laboratibus inde prouenire cōmodum, si quis recte vtatur. Itaq; alīud mihi denuo, mea qđem sentētia, de phlebotomia scribendum nō fuit, cum nimirū remedij huīus v̄sus qđem in medēdi sit methodo expositus, simulq; in opere de tuenda valetudine: in duobus aut̄ libellis, quorū alter ad ipsum Erasistratū inscribitur, alter ad Romæ agētes Erasistratoe, prauas illiū opiniones indicarim. Cum tñ precibus me suis obtundere nō cessarent cōplures amīcorū, quos p̄ḡet, vt mihi videtur, curādi librum perlegere, coactus tandem sum ad hæc scribenda descendere, ne, i. inuidere illis videar, mox vero serie conuenienti oīa quæ de hoc auxilio proferrī pos̄sint, enarrare. Atq; adeo iam tempus est orationem ordīri.

*Quid affectus, affectio ue, & quibus ex libris petenda principia, quæ ad secunda venæ viam ac rationem maxime faciunt.*

CAP. 3.

**A**ffectionis vocabulum, velut alībī diximus, ab afficiendo dicitur, æque atq; illud, de multis effertur rebus. Sed nunc recessus in statum præter naturam, qualeſcumq; ī fuerint affectio-nes siue affectus, toto hoc libro nominabimus. Quāremus autem omnium primum, quot, qua-lesq; hæ sint vacuationē poscentes: deinde quenam ex ijs venā incidi postulent. Quoniam autem omnia quæ in quæſtionem veniunt, duo inuentiōnis organa obtinent, nempe rationē, & experie-tiā, idq; cum in artibus omnibus, tum per omnem prop̄ vitam: necesse esse arbitror, & nunc quoq; me aut ratione sola, aut sola experientia, aut iunctis ambobus, quæ proposita sunt scrutari. Porro quoniam ratio ip̄sa partim ex cōmuniōbus tantum notionibus progrediens inuenit & de-monstrat, partim vero etiā quæ ex istis inuenta sunt, ad demonstrationem adhībet, utraq; ratione omnes vt̄ artes demonstrauimus: ac nos quoq; in præsentia, vtra earum vtilis reperiētur, eam re-bus nostris accōmodabimus. Sanè priori ratione oēs per totam vitam homines vt̄ assolent, altera-

**C**vero non omnes: nam propriæ ad artifices attinet. Etenim geometra primum artis sua theorema per solam priorem rationē demonstrat, & deinde in secundo, & oī solo ea vt̄titur, sed ad eius demon-strationem quod ex prima probatum est, vñ adhībet. Quārum vero deinceps à primo recedit theoremate, tantum ēt à prima ratione abscedit. Deniq; vero & paucissimis vt̄titur, per ea quæ de-monstrata sunt, alia demonstrans, & per illa rursus alia, & iterum per illa, alia, vt tandem demon-stratio ad ea quæ plebī incredibilia sunt, procedat, nēpe ad sois, luna, & terra, non solū magnitu-dinum, sed & distantiarū cognitionem. Ex quibus tandem inuentis horologia cōstruunt & clepsydras, q; hac videlicet vía incedunt, lunaq; ac solis deliquia p̄dicunt. Sic nostra quoq; arte p̄cedens oratio, multis vt̄tetur quæ in alijs operibus sunt demonstrata, puta q; cōplures sunt facultates quæ aīalia gubernant, quārū alīas naturales, alīas aīales appellamus. Generationis aut̄ principia in re-bus omnibus pro materia quatuor habēt elementa, quæ per se mutuo tota misceri, inq; inuicem agere sunt nata. Quapropter nulla hoc libro Asclepiadis fiet nientio, vt cuius elementa falsa ostēdimus & in decimotertio de demonstratione cōmentario, & in opere de Asclepiadis placitis, in quo quintus & sextus, elementorū eius confutatiōnem continent. Demonstratum est ēt & in cō-mentario de elementis ex Hippocratis sentētia conscripto, de qualitatibus effecticibus, quarum

**D**noīa sunt, Caliditas, Frigiditas, Humiditas, & Siccitas, & de humorum tum differētia, tum genera-tione. Porro de medicamentis humorē vnumquæq; purgantibus paucula quādā in libro de Ele-mentis, sed separatim in alio libro tractauimus. Vtilis quoq; in rē præsentem tractatio de tēpera-mentis est, elementorū sequens tractationem, verū omnium maxime liber de plenitudine, in quo-ostensa est & vt ad vires plenitudo, & vt ad capacitatem in qua continetur. Atq; hæc plenitudo à medicis κατὰ τὸ ἔχυμα nuncupatur. Optimū ergo fuerit, vt qui scienter volet expendere quæ hoc volumine dicenda veniunt, De plenitudine librū prius perlegat. Quæ vero & ille ante perfecta requiriēt, ipse indicabit. Neē vero mirū cuīquam videri debet, si tantis sit opus vt probe de ve-na secunda contemplari liceat. Non, n. ad huius modi auxiliū inuentiōnem, sed & aliorū omnīs, necessaria est eorum, quæ modo recitauimus, cognitiō. Nam si citra illorum notitiam recte curare possemus, haud esset cur ea tanti faceremus. Sed hæc præfari necesse fuit. Tempus aut̄ nunc est orationem ordīri, considerando quot sint affectiones vacuatione indigentes. Ergo si quis eas experientia collectas exponat, sola opus est ad explicatiōnē memoria. At si vía rationali, com-inuē & generale inuentiat necesse est. Ex illiū deinde in species differentiasq; sectione v̄sq; ad species v̄ltimas, affectuum numerus vacuationem indicantū, inuestigandus est. Sic enim con-stare vñiversa, quæ per rationalem viam inuentiōnem fortuntur, monitrabimus.

Quæ

\* ita etiā vertit  
ant. interpres:  
litter ex grec.  
cod. impreſſis  
ita vertendum  
est, deinde fo  
la secunda rōne  
vt̄titur, afflumit  
vero ad ipsius  
demonstrationē  
& id quod ex  
prīma probatū  
fuit.

\* in impreſſis  
gracie προπο  
pouſt legit, hoc  
est de parte in  
antiquis tamē  
cod. legitur m  
pi προπο. i. de  
occatione.

**I**gitur cum artis medicæ officium sit, omnes partium corporis functiones, vbi corrumpuntur quidem, recuperare: tueri aut, ybi salute fuerint: hæc ad constitutionem sequantur naturalem, necesse est hæc, dum præfens est, seruare, inter item vero recuperare. Cum ergo primarias actiones à similaribus corporibus perfici ostensum sit, ab instrumentarijs vero secundarijs, videndum est tibi, qui in corpore continentur humores, quam aut utilitatem aut noxam partibus eius affirant. Posteaquam igitur in libro de plenitudine demonstratum est bifariam & fieri & dicit plenitudo dinem, nempe uno significato vt ad vires, altero vt ad continentium humores vasorum laxitatē, quod quidam vocant *κατά τὸ ἔγχυα*, utrīcū vacuatione est opus, siue in hominē valetudinario, siue valente euenerit. Sanè quemadmodum qui onus gestat, non protinus vbi grauatur ac fatigatur, sam cecidit & vicit ab est: ad eundem modum vbi virtus à plenitudine grauatur, fieri potest vt nondum homo egrotet. Siquidem nonnulli qui consueta etiamnum munia obeunt, sentire se se graues, pigros, segnes, atq; ægre mobiles referunt, atq; ea est vt ad virtutem plenitudo: velut vbi post exercitia tendi videantur, quemadmodum Erasistratus dixit: Impletur brachia & cubitus: non exigua est ea alterius plenitudinis nota, quam κατά τὸ ἔγχυα vocari à quibusdam proposui, quandoquidem κατά τοὺς ἐνεργείους, id est infusis per yasa humoribus, consistit, & intelligitur. **F**dictum autem est in libris de sanitate tuenda, vbi in toto corpore sensus prouenit vicerofus, ac potissimum dum mouemur, talem affectum malum succi esse sobolem. Attamen id non paucis constitas etiādum res agentibus vñi venire conspicitur. Quandoq; autem & in partibus quibusdam corporis, non in tota mole, indicia existunt affectionum illis in partibus consistentium similium ijs quas in toto corpore consistere dictum nunc est. Nam caput aliquid solum grauari sentimus, aut vicerofam quandam affectionem habere, aut musculos temporis, quos κραψίες nuncupat, intendi, idq; aut simpliciter, aut cum maiore quadam caliditate. Sic & in iecinore, liene, ventre, costis, septo transuerso, grauitatem s̄pēnumero percipimus. Similiter in ore ventriculi aut grauitatem, aut morbum, aut naueam, aut ciborum fastidium, aut absurdum appetitum quandoq; sentimur. Ad hæc autem fixi in parte quapiam dolores, idq; aut ob humorum copiam conseruit in gruentium, aut propter spiritum flatusum, vacuationem indicant, sicut qui ab acri humore partem exedente rodenteq; proueniunt. Sunt autem qui ab intemperie nascuntur, atq; inter eos ipsos quidam ab ea sola citra humores, alijs vero cū humoribus. In omnibus itaq; istis modo propolis, infestantum tum humorum, tum vaporum evacuationes à pathematis, id est passionibus, hominem liberant. Non tñ vena secca prorsum est opus, sed sufficit purgatio, frictio, balneum, & inunctione cum digerente medicamine. Ergo qui vena incisa iuuentur affectus, deinceps dicamus.

**N**on solum nutritmentum animantis partibus ex sanguine est, sed calor quoq; naturalis per feuerantia ex sanguine obtinet: quæadmodū ex lignis ciburi idoneis qui in foco est ignis, à quo ædes totas calescere conspicimus. Itaq; quemadmodum ignis hic offenditur, interim quidē congestis in eum confertim lignis, interim vero tametsi non multis, tamen admodum madentibus, nonnunquam aut omnino non impositis, aut valde exiguis: sic qui in corde est, calor, interim seipso minor efficitur aut propter sanguinis copiam, aut propter ingentem inopiam, aut propter qualitatem frigidam: interim vero maior aut propter calidam sanguinis qualitatem, aut propter pauculam inopiam. Quicquid autem cor in caliditate frigiditateq; perpetitur, eius protinus & aliae corporis partes participes sunt. Euenit autem & vna in parte persepe propter naturam tum caliditas, tum frigiditas, sicuti s̄pēnumero in alijs commentarijs demonstrauimus. Idq; duplice rōne provenit, interim ob humores calidos, aut frigidos, interim vero ob solam intemperiem. Cæterum quæ membratim accidunt caliditates aut frigiditates, eas quæ parti quidem affecta vicina sunt, vñ alterant, at in totum extendi corpus priuquam cor mutent, nequeunt. Eudem in modū & cor dīs corpus duplice modo alterari ostensum est, aut per intemperiem, aut propter humores calidos vel frigidos, aut ob aliquihs horum inopiam. Porro humores calidos frigidosq; fieri demonstrauimus pro cibis potusq; modo, & ob pleniorum corporis animiq; tum motum, tum quietē. Cæterum quemadmodum in ventre frequenter prauæ sunt coctiones, ijs quæ assumpta sunt, in pituitam aut bilem conuersis, aliamt' propter naturam corruptionem perpeſis, aut crudis, & alterationis expertibus plurimo tempore manentibus, & in flatum versis: ita vbi sanguinis fraudamur generatione, humorum in arterijs venisq; affectiones proportione respondebunt ijs quæ à frustra in ventre concoctione proueniēbant. Quoniā autem calida simul humidaq; omnia celerrime putrefescere apparent, & præcipue si in locis calidis sint, consequitur necessario, quod ex ventre distribuitur nutritmentum, quando à natura non superatur, inq; sanguinis boni generationē non conuertitur, alijs aliam perpeti putredinem. Atqui cum quæ ex materia calida putreficiunt, calidiora ēt euardant, calidior quoq; erit proinde sanguis putrefescens. Hic autem vbi calidior fuerit, calidior quoq; sensibiliter pars in qua putreficit, euadet. Porro autem quoniā à notabiliter calidis, vñ quæ vicina sunt, incalescent, vñ quoq; cum sic affectis partibus, quæ circūquaq; vltierius sunt, incalescent, idq; calore acri ac mordaci. Eiusmodi, n. est qui à putredine proficiuntur. Ergo si pars quæ hoc

\* παραπλανηθεισα.

**A**quæ hoc pacto inculuit, insignis sit, & calorem suum in cor protenderē valeat, siue q' vicina sit, siue quod ex præcipiis, siue q' calida, vñ & ipsum accendet, vt quod natura calidissimū sit. Quod si semel illud accensum fuerit, facile totum ipsius iam corpus simul excalfiet, quemadmodum ab ingenti in foco flama que illam continet domus. Vocant autem id pathema Græci qdem *ὑπέρτην*, {Latini vero febrem.} Sed & nonnunquam priusquam putrefactus ingerens sanguinis vis in partem impetu decumbens, aut prosum eam extinxit, vt actio interiret, aut certe non contemnendam noxam inflixit. Nam hoc pacto apoplexia proueniunt, multo nimis sanguine in principiū animantis conseruit incubente. Nam vbi in aliam partem præceps ruat, tumorem inibi præter naturam efficit. Ex hoc genere est phlegmone. At vbi crassior est, melancholia que magis naturā refert qui decubuit sanguis, scirrhosis tumor efficitur, sicut si pituitosior sit fluxio, laxus: si biliosa, erysipelas existit. Discriminata hæc ad vnguem habet in ijs quæ modo recensimur operibus. Nunc autem, vt dixi, quæ sunt demonstrata, hypotheseum loco, hoc in libro assument, consentaneam illis secundæ venæ rationem demonstro. Igitur cum plenitudo duplex sit (optimū enim fuerit hinc auspicari) & ea quæ ad vires refertur, facile in putredinem perueniat, atq; etiam interdum in partes quasdam ingruens, inibi tumores præter naturam excitent: & altera quoq; que **B** κατά τὸ ἔγχυα appellatur, sæpe in partes decumbat, ac tumores crevit, immo & apoplexias molitur, venarumq; ruptiones: eam celeriter euacuare tentandum, priusquam magnum aliquid malum in hominē admittat. Porro fusissime expositum est in tuendæ valetudinis volumine, quo pacto vtrāq; affectionē & agnoscerē & sanare oporteat, sicut vbi febris aut sanguinis refectione p̄r plenitudo inualit, aut apoplexiā carum infirmatum aliqua, quomodo & illas curare oporteat, in curandi methodo diximus. Quare de his plura cōscribere supuacaneum censeo. Nam si perinde de vt in illis tractatibus scripsi, ita & hic scribam, bis eadem de re verba facere cogar, ac propterea in longum etiam sermonem extendere. Si in compendium librum contraham, duorū alterum subiō periculum, aut vt ob breuitatem obscurus siam, aut distinctionem aliquam utile p̄r teream. Verum quoniā haud mea voluntate hunc aggressus sum librum, siquod dictorū pecatum eueniat, ipsi culpam ferent, quorū autoritate hoc coactus sum onus suscipere: sicut si rete atq; ex sententia accidat, ut illosq; appareat, laudem illis omnem cedo.

*Qui scopi in mente habendi, quibusve indicijs discernendi. vt sanguinem mittamus.*

**R**ursum ergo orationi sumatur principium. Qui res confuetas adhuc facilitant, sed præcepis illis pars aliqua aut totum corpus grauatur tendit, ijs necessaria est euacuatio. Porro si cætate nec puerili sunt, nec senili, de secunda vena consilium initio, præ oculis habens principales hosce scopos, nempe plenitudinis tum quantitatē, tum qualitatē, & virium robur atq; infirmitatē: deinde naturalem totius corporis habitum, tempusq; & regionem, vitamq; anteactam, tum an cibī potusq; copia, & præcipue affatim nutrientium, qui sic affectus est, sit vñs: ad hæc confutidinem, & res propter constitutidinem actas, quosq; motus exercuerit, quas excretiones habuerit, aut propter solitum cōpescuerit: ad omnia autem hæc num gracilior aut crassior euaserit. Sanè vñiusq; plenitudinis quantitas ex propriorum signorum magnitudine definitur. Quanto enim grauior libi homo videtur, tantum & plenitudinem quo ad vires creuisse constat. Ad eundē modum quantum autus fuerit sensus, tantum & alteram inactam plenitudinem, quam à quibusdam κατά τὸ ἔγχυα, vocari diximus. At vñiusq; plenitudinis qualitatem partim ex coloribus agnosces, (memor colorem humorum esse, si quidem modice à calore frigoreq; externo affectum totum corpus fuerit:) partim ex ijs quæ humorum naturæ coniuncta sunt. Etenim calidiores, calidior totius corporis sensus sequitur, frigidiores vero frigidior: tum eos qui in venis quidē aceruantur humores, tumor, vasorumq; distensio: qui vero in carne, sensus in ea aut grauitatis, aut tensionis, sicut certe & caliditatis. Porro dispensantium nos facultatum infirmitatem ac robur proprijs indicari functionibus ostendimus: arbitrijs quidem, ea quæ in nervis, & horum principijs cerebro: pulsatijs autem, ea quæ in arterijs & corde: at à functione quæ in bona editur nutritione, aut nutritione abolita, tum colore bono aut malo, tertia facultas, nempe nutrix, quam à iecore proficiunt demonstrauimus, agnitionem fortita est. **V**bi ergo extantibus plenitudinis signis valentes facultates fuerint, venam quidem sit affectio, nullo discrimine, magisq; etiam in phlegmonode. Si in festa sit degrauans plenitudo, haud semper sanguinis motu detracit. Fieri enim potest, vt crudus per corpus collectus sit succus. In quo aduentum diligenter est, quatenus valeat robustaq; sit virtus, & quatenus humor ipse sit frigidus.} Nam exoluta ab id genus affectibus virtus, adhibita sanguinis missione, in extremum malum recidere solet, vt nequaquam postea restitui possit. Quod vbi euenit, periculum non leue consequitur, potissimum si febris accedit statu astiuto, stomachoq; male affecto, aut toto adeo corpore natura molli, & tēperie humido. Eiusmodi enim hominibus multa accidit per halitum digestio, repentinaq; syncopa, etiam si febris haud magna inuadat. Si vero horum nihil sit, cæterum hyems fuerit, regio tue natura frigida, tum natura quoq; hominis frigidior, ijs per sanguinis missionem & totum corpus grauiter refrigeratur, & accidunt nonnulla quæ ad grauem sequuntur refrigerationem, symptomata. Quocirca qui sic affecti sunt, eos sanguinis missionē vacuare nō conuenit, sed

† Gr. Μέχρι δὲ τὸν αὐτὸν δὲ χρυσός ἐστιν. i. & quantum humoris ipsius genitum sit. Antiqui tamen codices habent διορθα ut hic & antiquis interpres transtulit.

sed frictionibus, mediocriterq; excalciatibus vractionibus, tum potionibus humorum crassitudinem incidentibus, ac modice calfacientibus. Nam quae valenter calfactiunt, nimiris subito vires dejectiunt, vt in reliquam curationem non sufficiant, saepe etiam febrem auxere: itaq; & inde viribus noxa obuenit. Quapropter humorum incidentes crassitudinem tum cibi, tum potus medio-cris sunt in excalciendo facultatis.

*Quibus morbis praecaudis veris tempore vel venæ sectio vel purgatio conueniat.*

C A P. 7.

**P**orrò qui sanguine ex pectori reiecto in præsens quidem curati, æterum eam fortiti sunt corporis strucutram in thoracis, pulmonisq; partibus, vt vel pauculo plus collecto sanguine protinus aut vasis aliquius osculum referetur, aut ipsum rumpatur: ijs etiam si nullum in corpore etiam symptomam extiterit, ineunte tamen vere sanguinem mittere oportet: similiter qui prompte morbum comitalem, aut apoplexiā incurrunt. Ad eundem modum, si aliorum morborum cuiusdam obnoxium esse hominem cognorimus, puta peripneumonia, pleuritidē, angina, committendum non est, vt expectemus dum aliquod euīdens plenitudinis symptomata apparet, sed anteuertere sanguinis detractione præstat. Eodem modo quibus, hæmorrhoides retēra sunt, potissimum si natura sint atrabilaria, quicq; quotannis aestate plethoricas morbis corripi assent, & hos quoq; veris initio vacuare expedit. Eadem ratione & qui ipso etiam vere illiusmodi malis vexantur. Sunt autem quidam oculis imbecillioribus, aut scotomaticis quas vocant, hoc est vertiginosis obnoxij passionibus, qui & ipsi principio veris inanitri poscunt. Sed illud prius vindendum, quid sit quod in illis aceruetur. Siquidem nonnullis amara bilis succus plus cæteris colligitur, quibusdam bilis atræ, aut pituitæ, alijs ex æquo omnes, in quibus sanguis abundare dicitur. Hos ergo omnes vacuabis, sicuti etiam podagrīcos & arthriticos veris principio, exhibito videlicet aut medicamento purgante, aut sanguinis diminutione. Equidem complures ipse sanauit, qui tribus quatuor' ue annis per interualla pedum laborassent doloribus, exundante humore veris initio expurgato, aut sanguine diminuto. Cæterum id nemini latere puto, illos in omni deinceps vitæq; ratione agere moderatos. Nam intemperantes, vinoſosq; ac ventri gulaeq; deditos, neq; purgatione, neq; sanguinis missione magnopere adiuvueris. Nam per vitæ intemperantiam, crudorum humorum copiam ocyssime colligunt, verum his ne manum quidem ad mouere tentandum est. Eis vero qui præceptis salutaribus obsequentur, summopere profueris, si principio veris primum quidem evacuari: deinde autem ad exercitia, vicitusq; rationem salubrem deinceps perduxeris. Quæ de ipsis dixi, hæc tibi dicta putato, & de omnibus qui quibusuis capi morbis sunt apti ex ijs quos modo enumerabam, nempe aut comitiali, aut apoplexia, aut vertigine, aut sanguinis reiectione, aut melancholicis.

*Nonnunquam absq; plenitudinis indicis sanguinem mitti oportere, ac de ortu eorum affectuum qui Rheumatici vocantur.*

C A P. 8.

**P**orrò non solum vbi adeat plenitudo, sine ea vt ad vires sit, siue vt *κατὰ τὸ ξύνα*, mirifice prodest venæ sectio: verum etiam circa plenitudinem initio phlegmones, quæ aut propter iustum, aut propter dolorem, aut partium debilitatem prouenit: quippe cum dolor sanguinem ad se trahat, & saepe partium debilitas phlegmonē, absq; vt in corpore plenitudo sit, procreet. Osten-sum est enim in virtutum naturalium commentarij, infirmam natura partem prompte grauari, si vel paulo modo plus aceruetur in ea excrementi: quin etiam quod pars quælibet vim posideat sicut familiarium attractricem, ita quoq; alienorum excretricem: tum quod duplex sit alienum, alterum quantitate, alterum qualitate. Itaq; partem quamvis, quæ licet ab humoribus in se contentis non grauatur, tamen excrementa quedam habeat in qualitate præter naturam, ad eorum excretionem per venas inibi sitas tanquam per canales insurgere. Porro si quod propellitur, prauus sit sanguis, siue alius quivis succus, ad propinquam primum veniat partem necesse est. Vbi rursum H duorum alterum eveniet: aut enim concoctus corruptus' ue in aliam tertiam haud transfluet, aut si neutrū assequatur, denuo ex parte secunda in aliam labetur, atq; iterum ex illa in aliam: neque cessabit quoad in talem quampiam illabatur, quæ amplius ex se propellere quod in ipsa redidat, nequeat. Accidit autem id illis partibus, quæ vim excretricem vicinis omnibus imbecilliorē obtinent. Siquidem haud etiam in illas quæ præ viri robore non admittant, repellere quod molestum est valent. Nam & hoc quoq; nobis in illis monstratum est commentarij, quod non solum pars quælibet incrementum in vicinis protrudat, verum q; & recipiat quidem, sed contra saepe remittat, & contra repellat, in se haud admittat: quo in certamine victoria potius validior. Quapropter partes infirmiores omnium primæ excrementitis morbis corripuntur. Huiusmodi quipiam ratione rheumaticos vocationes affectus prouenire scito, toto videlicet corpore insermo (quæ vna est malū habitus species) principib; vero illius partibus, pauli licet insit ipsi sanguinis, grauari tamen solit; eumq; ad carnosas cutis partes protrudentibus, potissimumq; ad ademas excipiendis incrementis idoneos, tum ob substantiæ laxitatem, tum quia omnium partium minime robustas habeant naturales virtutes, sicut & pinguedo. Nam cum quatuor eæ sint, vt ostensum est, prima attractrix, secunda retentrix, tercia excretrix, & quarta alteratrix, alias quidem tres imbecillimas,

A cillimas, adenes carnesq; obtinent: at vnam alteratricem haud ita multo cæteris partibus minorē. Post adenes sequitur pulmo, fluxionē recipienda promptissimus. Nam & hic tres facultates infirmas possidet, & corpus ipsum laxum. Deinde est lien. Porro cerebrum aut perinde vt illi, aut etiā plus excipiendo fluxu est habile. Cæterum hoc illis potius est, quod constructionem habeat cunctis ijs que accepit promptissimam, habet enim ingentes ventriculos, qui pronis meatibus evacuantur. Quibus ergo carnoso genere pulmo, lien, ac cerebrum, natura robustiora sunt, in ijs ad adenes & carnes fluxiones perueniunt, vbi totus nimirum habitus infirmus fuerit, velut in rheumaticis affectibus accidere solet. Merito ergo his curandis scopus est, non evacuatio, sed corporis totius roboratio, quanquam tamen curationis initium illis a missa oriatur sanguine, ac si ex crementa prauam etiam qualitatem habuerint, vna adhibeat purgatio. In quibus maxime corporibus neutrius proprium expectandum plenitudinis symptomata est, puta grauitas quidē eius, quæ vt ad vires est, tensio vero eius quæ vt *κατὰ τὸ ξύνα*. Eadem ratione in ijs quibus pars quæ piam grauita cœta est, aut vtcunq; alter incipientem habet phlegmonē: eam si magnam fore suspicamur, curationem ab inanitione auspiciamur, aut purgatorio medicamine exhibito, aut vena incisa, prout nimirum alterum magis conuenire iudicamus.

*Intoscopos sanguinis detrahendi quinam ipsam detractionem, qui ipsius quantitatem dicantur indicare,*

C A P. 9.

**T**ego ita vertere. Reste ergo admonemur in ijs que adiecta sunt libro de vi etiā rōne acutorum sanguinem &c. & ita etiā ter inferius in hoc capite. legerem. n. grece *τοῦ προσκεμνευόντος διατριβής*, ut semel etiā inferius vius est legisse Nicolaus calaber. Dicebat n. Gal. in eodem quarto libro de vicitus ratione in morbis acutis eum librum ēt Erasistrati rem poribus germando Hippocratici libro adiunctum suisse.

**C**re & propositos scopos ad sanos transferre liceat. Siquidem & his sanguinem mittere expedit, vbi nimirum magni aliqui morbi metus imminent, ratione habita & ætatis, & virium. Nam siq; vt magnum incurrat morbus sit habilis, licet nullum etiam in corpore symptomata acciderit: vena tamen secundam censemus. Satis est enim ætatem & vires inspexisse. Itaq; tria sunt quæ agnitionem continent, morbi magnitudo aut præfens, aut imminentis: ætas florens, & virium robur. Forte vero negligentius in propositis in libro de vicitus ratione acutorum, exposita videri possit vna ætatis particula. Nec enim florentem duntaxat dixisse recte habet, sed addenda est & quæ illam præcedit, & quæ sequitur, vt videlicet duæ tantum distinctioni eximantur, nempe puerorum, & senum. Verum senum ætas in virium verbo comprehendit potest: nulli enim quæ ea ætate est, robur inest. Quibusdam vero medicis ne pueris quidem robur inesse visum est, sed perperam rem intelligentibus, sicut alibi nos ostendimus. Itaq; si magnum fore morbum expectamus, aut iam præfens est, aut incipit, venam tundemus, virium habita ratione, tantumq; ex oratione exemptis pueris: dicemusq; minus perfecte positam ætatis dignotionem ab eo qui propositos conscripsit in libro de vicitus ratione acutorum. Satis enim sunt ad incidendam venam hi duntaxat scopi. Nec enim vbi tanta crudorum humorum copia accumulata est, vt secundam venam prohibeat, ratio redarguitur, nam istis virium robur non adiit. Estq; hoc indicium eos haud posse sanguinis missiōnem perferre, quando vna cum colore corporis totius, qui exciderit ab indicando sanguinem abundare, pulsus adiit in vehementia & magnitudine inæqualis, exuperantibus per ipsius inæqualitatem, imbecillibus & paruis. Definitis itaq; tribus mittendi sanguinis scopis, nempe morbi magnitudine aut præfente, aut imminentie, aut incipientie: ætate florente, virium labore, extra puerorum ætatem, ad alia antedicta mittendi sanguinis indicia, quæ non pauci adiicienda medici censuerunt, nunc accedamus. Coindicant autem haec detractionis quantitatem, nō ipsam sanguinis detractionem. Itaq; ex morbo, ætate, & viribus minuendus esse sanguis cognoscitur. At vacuationis quantitas non ex ipsis modo, sed ex alijs deprehenditur. Ea sunt, plethorica vocata syndrome, aeris nos ambientis temperies, in tempus & locum diuisa, eaq; quæ in antea facta acciderunt vita circa forum tum quantitatem, tum qualitatem, excretionesq; ac motiones, aut factas, aut non factas. Sed quæ nam sit in his diuersitas, paulo post viderimus.

*De ratione vacuandi eos, qui cum plenitudinis indicis sanus obeunt actiones.*

C A P. 10.

**I**n præsenti autem de vtriusq; plenitudinis notis contemplabimur, an vbi eæ in homine solita negocia obeunte apparuerint, mittendus illi omnino sanguis sit: an id necessarium non sit, vbi nulla magni affuerit morbi expectatio. Porro quid hac de te sentiam, neminem vestrum ambi-

gere

gere arbitror, ut qui saepe affueritis sanguinis missionem suadenti, tum podagrīcī, tum arthritīcī, tum epilepticīs, ad hæc melancholicīs, quiq; sanguinem antea expuissent, aut in thorace strūcturam sortiti essent ad id malum idoneam, præterea vertiginosīs, quiq; assidue corripī solent angina, peripneumonīa, pleuritidibus, hepatidibus, ophthalmījs vehementibus, aut, ut in summa dīcam, magno quopiam morbo. Nam in illiusmodi omnībus necessariū esse remedium sanguinis minūtioneū arbitror, cōfestim adhibitam post habitam virūm atq; ætatis rationē. Hæc enim si forte aliqñ non dicantur, subintelligere oportet. At qui nihil eiusmodi vñquam antea perpesi fuerint, omnīumq; corporis partīum inculpatām sortiti constructioner, geminam me vacuatiōnī viam proponere nostis: per venæ sectionem quidem, si in viētu sint intemperantes: citra hæc, si tēperantes. Licit n. frīctionibus multīs, balneisq; & ambulatiōibus, alijsq; motionibus, ad hæc vñctionibus dīgerentibus celeriter plenitudinem exhaustire, si vtq; videbitur non esse crassi sanguinis abundantia. talis est vt plurimum maxime melancholica, raro vero crudorū quos vocat humorū. Cæterum in redundantia humoris melancholici sanguinem mittere præstat, aut certe omnino medicamento vtī atram bilem expurgante. At vbī crudī succi exuperant, ante quam morbus inuaserit, caute vacuabis: sed vbī iam febris corripuerit, vtī ante monui, nequaquā. Habebis vero eorum indicium tum colorem plumbeum, aut ex pallido album, omniaq; potius quām rubrum, tum pulsuum inæqualitatem. Si vero etiam admodum creuerit talis plenitudo, tum & corporis illis grauitas inest, atq; ad motus pigrītia, tum mētis tarditas, & sensus hebetudo. Contra vero si quibus ex compressiōnē hæmorrhoidibus cumulatus in corpore sanguis extiterit, audacter venam incides, etiam si antea grauem experti morbum nō fuerint. Fieri enim potest, vt apti quidem ad eiusmodi aliquem fuerint, cæterum ob inanitionem quæ ex hæmorrhoidibus fit, nōdūm perpesi. Porro si quę illis partes prauam sortitæ strūcturam appareant, ac potissimum in thorace, omnino eis ocyssime sanguinem detrahes.

*De ratione evanescendarum mulierum, quibus menstrua suppressa sunt, ac quod sanguinis missio repellendi oratio inanitatis etiam corporibus adhibetur.*

CAP. 11.

*sentire semper sentiuntur, gratia in manu etiam corporis auctorum.*

**C A P . 11.**

*sentire semper sentiuntur, gratia in manu etiam corporis auctorum.*

**I**dem me sentire nouistis & de mulieribus, quibus menstrua restitit purgatio. Neq; n. pfectio p  
roganda in his euacuatio est, non tamen necesse est illis venam scindere: quippe cum malleorum scarificationes superfluitati quandoq; euacuandae satis esse queant: † quanquam nec desit & aliud quippiam, quod mensium motum ciere possit, sicut in malleolis ac poplitibus incisæ venæ. Nam plenitudines à suppressis mensibus ortas, omnino per crura euacuabis, siue venam secare oporteat, siue scarificare. Sectæ enim in cubito venæ mulierum reuellere purgationem assolent. Porrò quæ ex mulieribus albidiores sunt, sanguinem aceruare tenuem solent. Quocirca adhibitis malleolorum scarificationibus maxime iuuantur. At quæ nigriores sunt, secta vena curato. Crassiorem enim sanguinem, ac magis melancholicum colligunt, magis vero etiam magnas habere venas appareant, quod illis accidit quæ graciliores sunt ac nigriores. Carnolis vero & candidis paruae insunt venæ, quibus malleolos scarificare, quām venam secare præstiterit: quippe cū hæ paruas in cruribus venas habeant. Itaque etiam si probe secentur, quod iustum tamen sit, non profluat. Cæterum non contemnienda venæ sectio est, tanquam non sit auxilium reuulsorium, cum me sæpenumero conspexeritis in valida sanguinis è naribus eruptione eo usum repente fluxionem sedasse. Expedit autem, ut vidistis, non eo usq; sanguinem educere, dum ad extremum vires ducantur, sed quoad quod symmetrum, moderatumq; sit, educere videatur, prorumpentesq; sanguinis impetus nondum flaccescat, sed validus permaneat: secare in cubito venam, si ex dextra nare prorumpat sanguis in brachio dextro: si ex altera, in sinistro. Simul autem cum hoc agis, artibus vincula injicito aut ex lana, aut ex canabe, tum hypochondrio directe supposito curbitam admittito. Nam hæc nos faciendo, ut scitis, semper erumpentem ex naribus sanguinem compescuimus, cum antea experiundo quæ scribunt in nares inferenda medicamenta, atque in frontem illinenda, infirma omnia compererim. Itaq; ad ea quæ supra de sanguinis missione dicta sunt, & hoc quoq; Menodoti opinionem conuincit, qui putarit plethoricam vocatam syndromē remedij nos admonere. Nam quæ dicta est affectio, plethoricae plane contraria est. Adhibemus autem ad eam sanguinis missionem, non vt euacuatorium, sed vt reuulsorium remedium.

*Quando melius succedat partita sanguinis detractio, quando semel confestim, vel ad animi deliquium usq; vacuandum.*

CAP. 12

*la Sva. c. Etiam  
dignior manu*

**N**ihil æque artem medicam in agendo conjecturalem efficit, vtī cuiusq; remedij quantitas. Etenim cum frequenter competitum habeamus tempus instare exhibendi aut cibī, aut potus, eiusq; aut calidi, aut frigidí: quātum tamen dandum sit, certo haud nouimus. Idem vsuuenit in purgantibus medicinis. Nam quod laborantí præbendum sit medicamen, aut bilem, tum flauam, tum atram, aut pītuitam, aut serosum excrementum euacuans, exacte nouimus: cæterum quantum præberī debeat, nescimus. Atqui talis exhibitio corrigi postea nequit. Nam quod semel in ventrem deuoratum est medicamentum, quo mīnus omne deuoratum sit, fieri nō potest, neq; possibile est, vbi plus quam conueniat, iam purgetur homo, partem oblati auferre. At in sanguinis missiōe summum id bonum est, euacuationem dum voles possle sistere, ac rursus quo videat tempore,

**A** tempore, fluere sínere, quoadusq; recte habere appareat. Quapropter præstat, nísi quid vrgeat, priori missione detrahēre, iterumq; eā repetere, immo si lubet, & tertio. Vbi ergo multa euacuatione est opus, verum vires sunt imbecilliores, in his euacuationem partiri expedít, vtí nimírum & me fecisse vidistis in ijs, quibus crudorum ínerat humorum copia. Nam pauculo sanguíne detracto, protinus melicratum exhibeo probe coctum cum incidentium medicaminum quopiam, velut hyssopo, origano, & interim etiā nepita, aut pulegio, aut certe cum melicrato oxymele, aut oxyglycy, ac sic rursum sanguinem minuo, vel ipso eodem nonnunq; die: interdum díe postero, in quo rursum exhibito propositorum medicamentorum quopiam, iterum de sanguine quid aufero, ac rursum tertio díe similiter bis. Cæterum vbi feruescentis inest sanguinis plenitudo, acutissimam accendens febrem, subito ac simul euacuare expedít, eamq; inanire tentandum, vel ad animi deliquium vsq; virium modo inspecto robore. Itaq; memini quibusdam prímo etiā díe, cum febris principio noctis cœpisset, aut medio, ac quæ pridie comedérant, probe fuisse concocta. Nonnullis autem pridie inæqualitatem, aut sudorem, aut capitis alterius ue alicuius partis dolorem se sentire querentibus, ac proinde parce esitantibus, vbi febris præcedente inuasisset nocte, prímo etiā díe me sanguinem detraxisse memini. Nam in quibus tibi sanguinis feruentis copia apparet, quam ocyliime eum vacuare conator, priusq; in principem aliquā partem ingruat. Quamobrem nec per noctem sanguinem aliquando mittere verearis. Siquidem ridiculum est, quod quidam factitant, à secunda díei hora ad quintam aut sextam solummodo sanguinem mittentes haud alio quouis tempore: quos si non clysteres, cibum, aliaq; exhibere remedia quocunque tempore noctis vidisem, grauiter profecto in illos inueherer. Quoniam vero omnia agunt haud præfinito uno horarum numero omnibus morbis communi, sed vt affectus moneat, in sola autem missione sanguinis dictum modo tempus semper obseruant, tolerabilis est illorum error. Sic itaq; affectis ægrotis, vt diximus, expedít ad usq; animi defectum sanguinem educere. Noui enim ex ijs quosdā necessario ex animi deliquio refrigeratos, ac toto corpore affluētibus madoribus & alio rupta, celerrime morbo liberatos. Vtile est autem pulsuum diminutionibus animum aduertere, tangendo eos sanguine etiānum fluente, sicut in alijs omnibus dum sanguis mittitur, facere consueui, ne videlicet nobis nec opinantibus pro animi deliquio mors occupet, q; sanè tribus evenisse medicis noui. Venam secabat eorum vnu mulieri febricitanti, aliorum vterq; víro, sed ad tantum animi duxere deliquium, vt vires recuperari non possent. Proinde satius est tam copiosa vacuatione abstinere, nísi magna incumbat necessitas. **Quin & reuulsionem, nō leue & ipsam auxilium, quodq; sēpe secia adhibetur vena, quanto maiorem in numerum particulares auxeris detractiones, tanto efficaciorem effeceris.** Hæc itaq; prænouisse præstabat.

*Quæ prætidenda ante venæ sectionem, ut tuto sanguinem mittamus.*

C.A.P. 13

**R**VR̄sum autem à principio ad propositam reuersi speculationem, exponamus quæ summe necessaria esse compertum habemus ijs, qui innoxie venæ sectiones obire semper volent. Primum omnium scire conuenit, dum propositi scopi huius præsidij augentur, maiorem indicari euacuationē: dum vero exoluuntur, tantum detrahendum de sanguinis missione, quanto illi minores evaserint. Morbi itaq; magnitudo cum virūm robore, primi erant mittendi sanguinis scopi, ille quidem quæ facienda sunt indicans, hic tanquam illum haud prohibens, id quod contra indicare iuniorum médicorum quidam appellant. Nonnunquam enim affectio mittendum sanguinem commonet, cæterum virūm contra robur prohibet. Quibus ambobus scopis præsentibus, constat, vt ante diximus, nullam esse crudorum humorum tantam talemq; plenitudinem, quæ hoc inhibere auxilium possit. Deinde considerandum quæ sit naturalis hominis temperies. Nam quibus amplæ sunt venæ, quiq; modice gracieles sunt, nec candidi, neque tenera carne præditi, copiosius euacuabīs: contrarios autem parcii: quippe qui exiguum habeant sanguinis, carnemq; facile trasp̄irabilem. Hac ratione nec pueris venam tundes v̄ique ad quartum decimum ætatis annum, post quem si multis congestus sanguis appareat, tempusq; anni vernum fuerit, regioq; natura temperata, & pueri natura bene sanguinea, sanguinem minores, multoque magis si aut peripneumonīæ, aut anginæ, aut pleuritidis, aut alterius acuti, grauiſq; morbi periculum incumbat. Detrahes autem primum, vt summum, ad cotylam v̄sq;. Quod si postea perpendenti v̄ires, permanere validæ videantur, dimidium eius adiūcias, reiterata missione. Didicisti autem vehementi pulsū cum æquabilitate, tanquam minime fallaci virūm robustarum signo, si dem habere, ex abundantia autem & magno. Itaq; & septuagenarijs, modo dicti adiūcias pulsū, si affectus iubeat, venam fecabīs. Sunt enim quidam & in hac ætate multi sanguinis, v̄iresq; habēt robustas, sicut alij siccī, & pauci sanguinis, & facile arescentes quauis percussa parte. Itaque non numero annorum solummodo animū aduertes, quod quidam faciunt, sed et corporis habitui. Nam sunt qui sexagesimo ætatis anno venæ sectionem non ferant, cum quidam qui septuaginta nati sunt annos, perferant. Verūtamen minus his vtq; detrahes, etiam si eandem habere affectio nem, quam florens corpus, appareant.

Sexta Clavis

*Quibus indicis vacandi sanguinis mensuram discernamus.*

C A P. 14.

**O**ptimum autem fuerit, priusquam aperitur vena, haec omnia considerare, & maxime hæ-  
morrhoidibus suppresa, aut muliebri purgatione. Vbi vero incisa vena sanguis effluit,  
mutationi eius, & maxime cum adest iam phlegmone, labascentiq; fluxionis robori, potissimum  
autem pulsuum mutationi, tanquam indicio hanc quaquam mendaci, animus diligenter attende-  
dus est, continuoq; quiescendum pulsu alterascente aut in magnitudine, aut in qualitate inæquabi-  
litate. Nam de mutatione in imbecillitatem, quid attinet dicere? Dicisti enim in hac qualitate  
certam fieri discretionem firmarum, infirmarumq; virium. In quibus autem iuxta sectam venam  
phlegmone est ingens, optimum est sanguinis & in colore, & in consistente. tia mutationem expe-  
ctare, sicut indicauit Hippocrates in libro de acutorum vietu, quando de pleurite verba facit.  
Alius enim est qui in phlegmone est sanguis, ab eo qui secundum naturam, ut pote plus excalca-  
re. Nam si antea crudior erat, ruberior modo & flauior efficitur: si eiusmodi prius fuerat, ad atre-  
dinem vergit adustione. Proinde Hippocrates de pleuritis hic in modu scriptis: Secunda vero  
in cubito vena interna, nec verearis multum detrahere, donec rubrior flauiorq; multo fluat, aut  
pro puro, & rubro liquido, utrumq; enim evenit. Siquidē signum constituit assumptum in sectam  
venam ex phlegmone sanguinis, mutationem in eo apparere. Non tamen omni ex parte haec ex-  
pectanda est, sed est quando ante quam fiat mutatio, cessare conueniat, idq; duplicit nominis, ob in-  
firmas videlicet vires, aut phlegmones malignitatem. Interdum, n. nihil ab ea emititur, sed inibi  
fortiter constrictus est. Si tamen vires exolu euacuatione nondum videantur (id quod ex pulsū  
scies, & si cui sanguis mittitur, atque sit florent) expectada est mutatio, potissimum si ambiens sit  
temperatus. Duo enim haec sunt, ob quae maxime coniecturalis efficitur euacuationis in hoc au-  
xilio quantitas, laborantis natura qualis sit, quam utq; ad amissim nouisse non liceat, & ambien-  
tis temperies qualis sit à missō sanguine futura. Nam cum febrilis calor multum sanguinis dige-  
rit, atq; abstineretur laborans vicitat, necessario breui illum nutrimentum ex sanguine destituit,  
interimq; virtus exoluatur. Absumitur autem ob laborantis quidem temperiem si calida humi-  
daq; sit, cuiusmodi est puerorum, ob ambientem vero si regio sit calida, & tempus astutum. Pro-  
inde minus detrahimus, quā plenitudo commonet: quod ad aetates quidem attinet, in pueris:  
quod ad corporis habitus, in candidis, & quibus mollis teneraq; est caro, quales Galli sunt: quod  
ad tempus, sub Cane. Similiter etiam in regionibus & constitutionibus. Alia vero ratione, ut &  
ante propositum est, in contrariis, hoc est in frigidis tum temporibus, tum locis, largam euacua-  
tionem fugimus, propter insequentem nimimum refrigerationem. Quapropter unum definire  
in quoq; dictorum euacuationis modum scripto non licet. Memini enim quibusdam ad sex vslq;  
libras sanguinem detractum fuisse, ita ut febris protinus extingueretur, nec vlla sequeretur virium  
afflictio: quibusdam vero sesquilibram haud citra leue saltem virium detrimētum, quibus si quis  
duas vacuasset, extreme laesisset. Quapropter utile quibusdam vnam quoq; detraxi aliquando,  
immo vero nonnunquam hac quoq; minus, idq; ex vena aut cubiti, aut poplitis, aut tali. Nam ex  
venis quae ad magnos oculorum angulos conspicuntur, aut sub lingua, quod certe mentione di-  
gnum sit, effluere non solet: sicut nec si quis summa in manu aut pede venam fecerit, quemadmodū  
putant, qui lienem curari aint a venae ad secundum parvum digitum sita sectione, de qua fusiū  
deinceps differetur.

*Quod natura euacuatione è directo soleat affectus omnes personare.*

C A P. 15.

**Q**uoc; igitur de hoc sc̄emate, siue speculatione, à medicis dicta sunt, ea si scribere ag-  
rediar, opus erit libro ijs singillatim dicato, eoq; ingenti. Ceterum quemadmodum in  
alij, qua haecen definita sunt, effecti, ut sc̄ilicet & mentem meam vobis exponerem,  
qui eam à rebus ipsiis probari videntur: quae quidem Hippocrates diligenter obseruata, memoriae prodidit. H  
Est vero eorum unum primariumq; caput, hoc sc̄ilicet: Quibusuncq; n̄at' īw eruptio sanguinis  
accidit, summum id commodum laborantibus assert. (Hoc autem n̄at' īw quod in rectum intel-  
ligatur, omnibus confessum est, cum clarissime sapenumero hac voce n̄at' īw in hoc utatur signi-  
ficato.) Quibus vero contra evenit, nihil iuuat, aut etiam interdum nocet, quod vires sc̄ilicet citra  
morbi leuamen dejectat atq; exolat. Non enim in liene turgente ex dextra nare erumpens san-  
guis, nec in fecore ex sinistra vllam fert utilitatem, sed reuulsio quibus in directum adhabetur, eui  
dentem utilitatem celeriter ostendit: quibus contra, haud etiam. Dextra igitur nare sanguis erum-  
pens, ad dextrum hypochondrium fixa cucurbitula, clare celeriterq; fistitur: sicut ad sinistrum, ex  
sinistra erumpens. Porro reuulsionis causa, si venam feces, in directe quidem oppositum sanguinis  
eruptionibus, cito sc̄ipciūm videbis utilitatem. At si contra feces, nihil profuerit.

*Vtq; sectione è directo patientis partis fieri oportere, ac de venis que in cubito secantur.*

C A P. 16.

**S**ic affectio liene, haudq; aequa adiutererit circa annularem digitum sinistræ manus incisa vena,  
atque si internam cubiti secuerit. Multum enim iuuat afflictum lienem sanguinis ex sinistro  
brachio detracit. Praestat autem non semel quantum conueniat extraxisse, sed in duos dies id par-  
tiri satius est. Inuenire tñ nequeo, quā obrem medici lienosis sanguinem detrahere neglexerint,  
Siquidē

græci cod. leg-  
gunt affirmatiue.

**A**Si quidem ego ingentem perpetuo utilitatem prouenire consipxi, si vel libra duntaxat una de-  
tracta foret. Vacuationis tamen mensura ex dictis scopis conſcienda est. Quin & pleuritis, que  
è directo laborantis lateris adhibita fuit sanguinis missio, clarissimam sāpe utilitatem attulit: quae  
vero ex brachio opposito, aut omnino obscuram, aut certe post temporis interuallum. Ad haec,  
oculorum per sāpe dolores grauiſſimos è directo venæ, quam humerali nominant, sectio in-  
tra horæ vnius spatium compescuit. Conari autem in omnibus affectionibus præstat, post modicam  
sanguinis missio iterato mittere: interim eodem die, si ita expedire videatur: interim postri-  
die, nisi quando, vt ante dictum est, ad animi deliquium euacuationemducere conueniat. Itaque  
dolentibus oculis humeralis vocata vena, quæq; ex ea deriuata est, in cubito incisæ, luctulentum  
celeriter commodum afferunt. Affecto vero latere, aut pulmone, aut septo transuerso, aut liene,  
aut iecore, aut ventriculo, ea que per alas ad cubiti functionem pertingit. Hoc autem casu maxi-  
me interior secunda venit: quod si non, certe ea que ab ipsa diducta in iuncturae appetit flexura.  
Nouissim sāne paulo ante ab humerali vena prædictam diduci, ipsam connectentem. Nam hi tres  
sunt loci mittendi ex cubito sanguinis, interior, exterior, medius. Igitur interior utilis est in ijs  
quibus inferiores collo partes patiuntur. Exterior vero in ijs quibus quæ his superiores sunt, vt  
**B** facies, aut caput. Medius locus interdum vtrascit habet diductas venas in vltiorem brachij par-  
tem tendentes, ac deinde hinc coeūtes: interim vero celeriter in unum mutuo congregantes, in ipso  
videlicet iuncturae flexu, ac nonnunquam obscuram earum alteram, claram vero alteram. Itaq; vbi  
vena quæ parti affectæ propria est, obscurior fuerit, & ad mediorum aliquam accedas, conare,  
quæ à propria diducitur, potius incidere. Est vero vbi & quæ inferiores sunt cubiti iunctura, eas  
quæ in vlna existunt sc̄ilicet, nihil secare prohibeat, vbi numerum quæ in cubito sunt, non appa-  
reant, sed eas certe quæ in rectum sunt affectis. Porro tam perspicuum sāpe celereq; remedium,  
quæ è directo affectis partibus venæ secantur afferunt, vt & qui patiuntur, & familiares ipsorum  
sapenumero obſtupescant.

*Historia æconomi Romani dūtis, qui fuit ab oculorum inflammatione, ac cæcitatis pe-  
riculo per sanguinis missio mē directo liberatus.*

C A P. 17.

**I**Taq; ego olim rogatus sum à diuite quopiam in suburbis Romanæ vrbis, vt rerum suarum  
œconomum inuferem, cui cæcitatis imminebat periculum, nam ita ille dicebat: certe magno  
dolore vexabatur, idq; diebus iam viginti. Dūtis autem illius familiæ præfectus erat medicus  
**C**œctæ Erasistratæ, anxie semper venæ sectionem refugiens. Vbi ergo laborante inspecto, iuue-  
nem eum multi sanguinis cognouisse, ac oculos quidem nondum ulceratos habere: cæterum  
phlegmonen maximam fluxionemq; tum in ambabus palpebris densitatem, atq; in altera quaf-  
dam etiam asperitates, à quibus oborta caligine ægrotus magis magisq; dolebat, ac phlegmone  
fluxioq; acerbabantur: his inquam conspectis, cognitaq; omni ratione curationis, qua medicus  
ille vñsus fuerat, me quidem assidue in suburbium venire posse negabam, cæterum ex vñs esse vt  
triduum vt minimum hominem parvus temporum interuallis inspicerem. Permitte igitur illum  
inquam mihi, si videtur, tres hosce dies. Immo vero, inquit, vt facias obsecro, gratiamq; habebo,  
quoniam iam hominem tecum ad ædes tuas abduc. Venit autem circiter horam quintam, ac prima  
protinus detractione tres sanguinis libras exhausi, deinde hora nona aliam. A quibus mirifice  
refectus: inunctus est postero die mollium collyriorum quopiam, cui admistum erat quod vñ  
habet, sicuti in eiusmodi facere confueimus, illū sub palpebris facto, specilli cuspidi in summo  
medicamen impositum ferente, id primum quidem mane faciebam, deinde ad horam tertiam,  
postea ad nonam: post quas inunctiones sub occasum solis in balneum ductus est. Postero deinde  
die, palpebris extra versis bis inunctus est, maiore copia collyrii illius vinum recipientis, molli  
**D** illi collyrio admista, deinde ad vesperam lotus est. Postridie vero mane obuius diuiti illi egressus, eo  
loci, vbi ex vehiculis descendere solent, salutauit illum oculis apertis, phlegmoneq; ac fluxione  
plane liberis, qui ante biduum illos ne aperire quidem præ fluxione atq; dolore potuerat. Itaq; res  
incantationi similis visa est, adeo vt & ipse ille curationis celeritatē admiratus, exclamaret, vnaq;  
qui cum eo erat omnes in clamorem prorumperent: cum nos interim haud magnum quippiam  
secissimus, nisi tantum ex medici illius comparatione, qui sumnum malum attulerat venæ se-  
ctionis metu. Porro ex palpebris restabant extergendæ laboranti tum densitates illæ, tum asperi-  
tates, cæterum id fieri non poterat citra medicamentum mordax. Atqui ferre illud neutiquam  
potuisset, nisi prius vacuatus foret. Dictum enim sāpe à nobis demonstratumq; est, acris omnia  
medicamenta parti cuius admotu, nisi vacuum corpus omne fuerit, atq; ad amissim excrementi  
expers, fluxionem attrahere, phlegmoneq; efficere. Percontatus itaq; tunc diutes quænam ea  
fuerit incantatio, req; omni intellectu, exinde Erasistratæ illum medicum αἰμαφόβον, quasi di-  
cas sanguifugum, nominabat. Haec itaq; narratio vtriusq; indicationem continet, tum quod in af-  
fectionibus eiusmodi venam secare oporteat, quod in præsentí oratione propositum nobis haud  
erat, tum quod è directo laborantium partium: præterea humerales venas secandas, vbi superio-  
res pectoris partes laborant.

Sexta Classis.

ddd d n Que

*maiori uersalibus  
et menstruorum*

Que venae quibus affectibus secunda, ac de ratione euocandorum menstruorum.

CAP. 18. E

**P**orro quemadmodum praedictae oes partes in cubito secta vena iuantur, ut dictum est: sic quae his inferiores sunt, illis quae per poplites & malleolos decurrent. Sunt autem dictis inferiores coxendix, vterus, vesica. At renes cui parti adscribi debeant, ambigunt. Siquidem inferiores sunt ijs, quas prius recentissimus: superiores vero q̄ ea quae secundo loco. Itaq; missio ex cubito sanguini interdum auscultant, vbi videlicet recens fuerit phlegmone, copiaq; sanguinis affuerit. Quibus vero affectio inest, quam proprie nephritis nominant, eam quae in poplite est se care expedit, aut certe quae in malleolis sunt. Porro vteri inflammationes magis etiam q̄ renū a venis in crure sectis iuantur. Nam quae ex cubito sunt euacuationes, alud etiam habent adiumentum malum: nempe q̄ purgationes menstruas comprimant, sanguinemq; ad superiores corporis partes retrahant. Quae vero sunt ex cruribus, tantum abest ut retrahant, ut etiam menses promouant: ac vbi id facere volueris, ipsi consueti mulierī cirkus tribus quatuor ue diebus anteruertas, aut vena incisa, aut scarificatis malleolis cruris vniuersum pauculum euacuato: deinde postero die similiter facito in crure altero, ut tñ etiā istis diebus in quibus vacuas, & ante eos quatuor aut quinq; extenuantem viatum procures. Conscriptus est autem a nobis seorsum liber De viatu extenuante. Sed mulieribus sine huiusmodi viatu ratione menses abunde prouocant & nepita, & pulegium. Exhibebis ea in melicrato cocta, sed antea contusa, arida, cribroq; subtili discreta, ac rursum trita vñque dum pollinem tenuitatem referant, ita deniq; melicrato insperge. Porro conuenientissimum potu ipsi est a balneo inuolutis adhuc linteo. Atq; haec quidem medicamenta mittia sunt. Valentiora sunt, sauvina, & dictamnum: ceterum vñus ante dictis similis. Datur autem & hoc tempore medicamentum, quod proprio Amarum appellatur, centum habens drachmas aloes mistis aliorum medicaminum cuiusq; sex. Optimum est, vbi cinnamonum acceperit. Sed haec obiter sint dicta, quanquam non a re ipsa aliena, quandoquidem sanguinis ex vtero fluxui auxiliantur, cum euacuatione ex cruribus, quae fiat aut malleolis scarificatis, aut incisa in talo, aut poplite vena. Meminim me ischiadas, siue coxendices vno die facta ex crure euacuatione curasse, nimis vbi non ex frigore, sed impletis sanguine quae in coxa sunt venis, prouenissent. Quare secta in poplite vena cōmodior ita affectis est, q̄ in malleolo. Scarificatio autem nihil p̄spicuo illis prodest.

De ratione vacuandi per sectionem venarum in initis ac fibibus fluxionum, ac eo quoq; tempore cum preferuare ab imminentibus morbis voluerimus.

CAP. 19.

**P**orro, ut summatim dicam, incipientes phlegmonas reuulsu euacuare oportet: quae vero inueteratae iam sunt, ex ipsis, si fieri potest, affectis partibus: quod si nequeat, saltem ex vicinis. Etenim in incipientibus, auertere quod influit expedit, in inueteratis autem, ipsum tatum quod affectae parti infixum est, euacuare. Euacuabitur porro id optime per venas coniunctas cum ijs quae in partibus ipsis sunt sitae. Hunc rationi experientia quoque subscribit. Quocirca quae in gutture & arteria, graui torquentur inflammatione, in principio quidem secta in cubito vena, post principium autem in ipsa lingua magnifice prodest, incisis videlicet venis quae in ea sunt ambabus. Sic induratae phlegmonarum in oculis reliqua, secta quae ad magnum decurrat angulum vena, misericordie iuantur: sicut capitis grauitates, & inueteratos in eo ex plenitudine dolores leuare manifeste solet tusa in fronte vena: at incipientes, aut etiam vigentes, per cucurbitam in ceruice procurata retractio, interim quidem solam, interim cum scarificatione. Ceterum praevacuatu esse corpus vniuersum oportet. Eadem ratione incipientes in occipito dolores, aut etiam vigentes, incisa frontis vena iuantur. Quippe reuulsiones cum euacuatione adhiberi magis debent in fluxionibus incipientibus. Quae vero sunt ex ipsis partibus affectis, aut illis vicinis, in phlegmonis quae velut scirrhī naturam referunt. In ipsis autem corporibus nulla dum particula affecta est, ceterū vacuationem vere inuenire anteuertimus: in ijs siquidem talis sit homo, qui quotannis astiuito tempore febrilibus morbis obnoxius esse assolet, atque eorum suppeditationem euacuare studemus, H æque pars quevis in sanguinis detractionem accomoda est, sicut sanè et si arthriticus sit, omnibus articulis laborans. Quibus autem eximiis pars quæpiam, vbi prius euacuati non fuerint, infestetur, haud æque liceat ex quauis parte euacuationem moliri, verum sicut in ijs qui pati iam occipiunt. Quamobrem podagricos ex cubito euacuato, comititalibus vero morbis vertiginibusq; obnoxios potius ex cruribus. Ceterum si retentæ haemorrhoides mittendi sanguinis occasio sint: si quidem cohibere eas voles, quae in brachio sunt: si prouocare, quae in cruribus sunt, venas secare conuenit. At in ijs quibus repressi sunt menses, semper in cruribus. Non enim ut in haemorrhoidibus, qđam eiusmodi liberari euacuatione volunt, quidam habere etiam gaudent, ita quoq; se res habet in mensum purgatione. Quippe cum haemorrhoidum euacuationem vere amur, ne in tam euadat immoderationem, ut hominem vel protinus interimat, vel aqua inter cutem obnoxium, aut cachecticum, hoc est habitus mali, reddat. At vteri purgationibus, ut quae secundum naturam sunt, tale nihil evenit. Accidit tamen aliquando, ut ex vtero per erosionem sanguinis erumpat, in quibus non idem est curationis scopus. Siquidem haud effluere sanguinem volumus ut ex mensibus, sed plane sistere consilium est. Communis ergo in his omnibus, ijs qui vere inuenite ad sanguinis missionem accedunt, hæc ratio est: si quidem insigniter infirmam partem aliquā habent,

† Quanquam græccæ legatur ταῦ γέ ἔτον τῶν σπελάων ὃν μόνον ἀντιτελεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ προπέτειν ὑπερχει τὰ καταμνεῖ. i. que vero sunt ex cruribus, nō solum retrahere, sed et prouocare menses possunt. Interpres tamē Nicolaus Calabri sequitus est ita veritatem. Eis vero quae a cruribus non foli nō antispares, sed & prouocare inest mensura. Vñ libro scđo ad Glau. cap. 2. 102. f.

In græcis cod. antiquis legitur in primo loco αὐτὴν, i. ab ipsa, in scđo vñz. vñ. i. sibi ipsa, & ita vetus interpres.

A beant, in quam quæ colligitur plenitudo decumbat, per reuulsionem euacuare. At si tale nihil sit, quæ cuicq; magis placebit, excepta tamen aut haemorrhoidis, aut mēsium retentione, vt paulo ante definiuntur.

*Aduersus eos qui primis tantum morbi diebus sanguinem mittebant.*

CAP. 20.

**D** E hoc sanè potestate & supra dictum est. Verū tamen satius fuerit & hic quoq; omnia percurrere, omnibus quæ ante dicta sunt, in unum collectis, & si qua minus exacte distincta sunt, vñā discretis. Igitur vñiuersim hoc sciendum, in sanguinis missione dierū numero primum haud esse attendendum, sicut quidam scripsere: ac nonnulli, admodū ridicule, post tertia diei paroxysmum, quādo videlicet, vt aīunt, dignotio quædam habetur, qualis sit in forma & moribus, atq; adeo tota natura sua morbus. Alij extremum terminū mittendi sanguinis definitiū diem quartum, intra quem missionem sanguinis concedunt in paroxysmorū interuallis adhibendam, electo quo libeat dñe. Alij detrahere festinant, quibus sanguinis detractionem ex vñu esse statuerint, transfluite etiamnum eo, ac vbi necdum firmiter in parte aliqua superfluitatem recipiente inhæserit, vñum modo considerantes, num corruptio aliqua cibū in ventre cōcoquendi sit facta, aut tarda concoctio, aut etiam cibū in eo contineantur. Ergo quod maturandum sit in quibus vñis B cuatius ex vñu est, nisi prius concoqui aut cibos, aut in primis venis contentos semi-coctos succos oporteat, rectissime præcipiunt, habēdaq; fides. Verum quoniam quintum saepē diem, aut sextū ab initio expectant prūfiquam nos ad curandum accersant, expediet nihil secessus quoq; sanguinem detrahere, etiam si huius auxiliij primū tempus sit omissum. Quocirca enim die mittendi sanguinis scopos in laborante inueneris, in eo auxiliū illud adhibeto, etiā vel vñgesimus is ab ini tio extiterit. At quinam fuerint hi scopi? Morbus ingens, roburq; virium, excepta ætate puerili, & aere nos ambiēte valde calido. Porro autē quoniam prius exoluīt rēporis tractu in plerisq; morbis virtus, idcirco & mittendi sanguinis occasio dierum numero deperditur, non tanquā pri mario id dies efficiant. Sed re aliqua intercedente, nempe virium dissolutione. Itaq; siquādo vel secundo à principio die vñres exoluī videantur, à vena secunda abstinebimus.

*De hora in detractione sanguinis eligenda.*

CAP. 21.

**S** Ed enim quod in ipso rursum die in quo sanguinem mittimus, obseruanda sit febris declina tio, clarere satis arbitror: quanquam quibusdam id non satis sit notum, qui mane tantum tun dendam esse venam, aut ad summum in horam vñq; quintam aut sextam existimant. Verū si quis memoria teneat quae toto supra libro sunt dicta, nihil tale committet sanguinem mittens, quauris C diei noctisq; hora, modo respiciat in febrientibus quidē particularium paroxysmorū declinationem: In quibus autē aut ob oculorū lippitudinē, aut aliud simile citra febrē, hoc opus est auxilio, non declinationem omnino, cum omnino febris non adit, sed magnitudinem aut doloris, aut phlegmones, aut totius affectus in quo secta opus est vena, inspicere conuenit. Cum autem nihil eiusmodi aut vñgeat, aut prohibeat, p̄ta stat mane venam incidere, haud protinus ex somno ex citis, verum circiter horam vnam iam antea vigilantibus. Dictum est autem, quod & balneo vt quibusdam expedit: quod si verum est, & prævenire quoq; ambulatione nonnullis. Ceterum in quibus vere inuenire venam incidere aggredinur, aut propter febris metum, aut alterius cuiuspiam affectus, scio me sanguinem misse quibusdam etiam posteaquam rerum solitarum quippiam obijssent, siue in ludo literario, siue in officinis, siue in foro, siue in ædibus. Iterata tamē detractionis tempus, in quibus simpliciter vacuare conamur, eodem die esto. At in quibus reuellere, si vel duobus deinceps diebus fiat, melius fuerit. Porro intēto semper animo in omnibus id genus in laborantis vñres esto, manū fugiter arterijs illius admota. Sunt enim quidam tam ad patiendum apti, vt confertam inanitionem non ferant: Quo casu, refecto primo die ægroto, iterare secundo detractionem expedit.

CAP. 22.

**D** E affectibus, qui arterijs in capite diffectis iuantur. Vnde autem arterias antiqui venas appellant, & à nobis alibi demonstratum est, & ante nos alijs confessum extitit. Ob idipsum ergo, ac præterea disciplinarum affinitatem, cōpendij gratia satius mihi vñsum est, haud alium conscribere librum de arteria secunda, sed orationi de secunda vena annexere, atq; idipsum in hac parte in qua consideramus quas venas ob quas partes affectas secare oporteat. Sicut enim alias venas ob alias affectas partes ostendimus secandas, sic quoq; & quae in temporibus sunt arterias, & quae post aures, incidere mediç mos est. In temporibus quidem, infeſtatis oculos fluxionibus tum calidis, tum spirituosis. Post aures vero, in vertiginosis maxime, & quae diuturnis doloribus capitis calidis ac spirituosis affliguntur. Iam vero & ob alios quoq; affectus in capite consistentes diutinos, sunt qui arteriarū post aures vtūtū sectione, nō tamē in ulla alia particula patiente eā adhibuerūt, tamē si multe sint, quibus hoc potius auxilio, quā venæ sectione sit opus. Vbi enim calidus spirituosisq; infestus est sanguis in arterijs aceruatus, illīc cōmuni bus parti affecte sectis arterijs est opus. Verum propter difficultem eruptionis sanguinis cōpressionem, arterias medici incidere metuunt: quippe cum siquies in secada forte vena arteriam vulnerant, ægre statim sanguinis eruptionem cōpescat, ac vbi res optime cadat ad cicatricem perducta diuisione, tamen aneurisma fiat.

*De periculo*

*nota acciōneis multis sanguinis ex dīcōmē consilientiā. Terciā amissione. Tertiū.*

# Gal.de curandi rōne per sang.miss.

De periculis impendente ijs, quibus non recte dissecta sunt arteria. & quo pacto Galenus somnijs monitu eas ausus est dissecare.

CAP. 23.


E  
† at. leg. nonnullos quidē protinus ob vinculum imperit à medicis infectum, adeo ut sanguinis eruptio in gangrenā evaderet, & alios postea in aneurismate manū curando defunctos. Necesse enim hīc est laqueo vasculū cōstrīngere. Itaq; maiusculas proinde arterias medici refugīūt, paruas autem tanquam haud ita multum profuturas. Quanquam & ipsae quoq; nonnunquam haud paruum attulisse commodum visae sunt, cum hoc quōd citra aneurisma cicatrice claudatur. Quin & si maior sit arteria, & ipsa quoque citra aneurisma, cicatrice inc. adi potest, tota nimirum dissecata, idq; ipsum saepenumero imminēs ex sanguinis profluvio discrīmen sustulit. Clare enim apparet, cum tota transuersim per se totam discinditur, reuulsis vtrinq; partibus ambabus, vnam sursum, alteram deorsum concedere. Atq; id quidē & venis vsuuerit, sed arterijs semper plus quam venis. Sanè vero quae mihi occasio extiterit secande arteriæ, nunc iam edifferam. Monitus per quædam insomniā, quorum duo perspicuo mihi viſa sunt, accessi ad dextræ manus arteriam, inter indicem & pollicem sitā, siuīq; fluere donec sponte sanguis resisteret, nā ita somnium præceperat. Effluxit autem non tota libra. Subito itaq; diuturnus extinctus dolor est in illa maxime F parte fixus, qua fecur septo transuerso committitur. Mihi quidē hoc atate iuuenili euenit. At minister Dei Pergami, diutino lateris cruciati laborans, liberatus est arteria in summa manu incisa, aggressus & ipse illud insomnij monitu. Porro alteri cui ex vulnere in malleolo inflīcto dissecata arteria fuerat, sanguinis quidē cursus haud quieuit, donec ego vocatus totam dissecui, ac medicamento ex aloë & manna, & ouorum albumine, pilis leporum molliuscūlis imposito fuissem usus, citraq; aneurisma curatum est vulnus, obducta videlicet arteriæ osculo carne. Vir autē ille quartum iam annum haud exiguis temporum interuallis coxae dolore vexatus, exinde prorsum sanus extitit. Haec itaq; mihi persuaserunt, vt subinde in summis artibus, immo & in capite arterias secarem in omnibus doloribus, quia calida spiritusq; substantia nasci videbantur, & maxime in membranis: quarum dolor punctioni similis est, ac sensim expāditur, pungente quidem sensu vna in parte, tanquam in affecti loci centro infixo, tensionis vero sensum percipiente omni circuncircā ad centrum musculo.

A. Kopfov. i. particula.

SEXTÆ CLASSIS FINIS.

aaaaaa bbbbbbb ccccccc dddddd

Omnes sunt terniones, præter dddd duernionem.



VENETIIS APVD HAEREDES  
LVCAE ANTONII IVNTAE.